**N**isi manducaueritis carnem filij hominis & sanguinem eius biberitis, non habebitis uitam in uobis. Manifeste & confesse uita de qua loquitur, uita est interioris hominis, quę uita est in spū sancto. Necessario igitur etiam confiteri oportebit, manducationem internam intelligendam, cū dicitur. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem eius biberitis, interioris hominis potationem accipiendam. Sed interior homo, quō māducat carnem, & sanguinem quō bibit, ubi non est nisi mens intelligentia: Ita circa uerbum carnem, ita circa deum hominem factum, circa tempora, studia, dogmata, exempla, præcepta, beneficia, promissā uerfetur interior homo, id est, mens intelligentia, uoluntas, quemadmodū os fauces, & stomachus exterior circa epulas negotiantur. Sicut enim illa accipiunt, mastlicant, gustant, ruminant, delectantur, probant, approbāt, acceptant, & in uentrem traiciunt, nutriuntur, confortantur, roborantur ad opera uite, sic nobis in interiori homine caro illa per uerbū eternū in unitate personę assumpta, in eius operibus & studijs, in eius dogmatibus & exemplis, in eius præceptis, sacramentis, muneribus & promissis, mente sedula meditanda, tractanda, consideranda, conferenda, conseruāda. Sic per intelligentiam exercitaram, diiudicanda, estimanda, sublimanda, exaltanda pro sua dignitate & sublimitate. Sic nobis tota uoluntate desideranda, concupiscenda, anhelanda, diligenda, amanda, languenda, amore querenda & inuocanda. Neq; formidet qui sic manducat carnem filij hominis mortem interioris hominis, quoniā uita illius hominis quę uere spūs & uita est, ac tertia in trinitate persona, ac per hoc deus eternus, non sit uolentis aut currentis hominis, quia patris & filij unus spūs est. Uita tantū eius in illo spū est, ut qui uere est spūs patris & filij ab eterno, fiat misere deo uita ho-

ET AVDIENDA MISSA

in illius carnem filij hominis & sanguinem eius spūaliter manducantis & spiritus quoque unus fiat. Qui enim adheret deo, spiritus unus cum deo efficitur. Sed nos qui caro sumus quomodo possumus adherere deo? nisi per carnem unitam deo. Non huius carnis crapulas, non huius vini conuiuia sapiens prohibuit quando dixit. Fili, noli esse in conuiujs potatorum, aut cum commessatoribus quæ carnes ad vescendum conferunt. Sacrum enim & sanctum conuiuium, ubi istæ carnes ad comessandum conferuntur. Quia eterne sapientie panis & uinum est inuitantis & præcepto hortantis, imo mortis interminatione præcipientis ut manducemus & bibamus. Et si manducemus & bibamus, non uera interioris hois uita promissa nobis est, sed iam immissa. Quia talis manducatio carnis, & sanguinis illius potio tamè accepta deo est, ut simul cum ea spūs & uita donentur manducantibus. Qui sic māducat, habet iam fructum sacramentalis manducationis foris, quemadmodum Paulus primus anachoritarum, & plurimi post illum, etiā sine sacramentali foris manducatione. Manducare igitur memori, estimare & amare est. Hic iam epulari & nuptialiter conuiuare suis differentijs & gradibus consideranda, quia commemoratio sterilis est, quæ non in iudicium transit. Comemoratio & iudicium inefficacia, quæ non pro dignitate rei commemorata in desiderium & amorem accenditur.

¶ Quod ad uitam consequendam necesse manducare carnem filij hominis, & quod fide manducatur ut Paulus primus heremita, credendo, commemorando, diiudicando, amando. &c. Ca. X

**N**lli ergo māducaueritis inquit carnem filij hominis, necessario manducandam uisitori, cui tamē grandis usque in montem dei Oreb, & id per tam inuium desertum, non habebitis uitam in uobis. Ut ergo habeatis uitam in uobis, oportet ut manducetis carnem filij hois. Et si manducatis indigne, ad iudicium manducatis. Et iudicij mensura, secundum indignam manducationis mensuram, ut qui multum indigne manducar ad graue iudicium sibi manducet. Et que

d

CRISTIAN  
 nes carni d' fari  
 perinde un' f'z  
 Galk  
 minis & fangu  
 uitam in uob  
 quatur, nisi  
 p' sancto, Ne  
 idocatione in  
 ucaueritis car  
 interioris ho  
 homo quomā  
 on est nil mens  
 ca deum homi  
 exempla, pral  
 quid est, mens  
 & stomachus  
 la accipiunt,  
 ne approbat,  
 confortantur,  
 ri homine ca  
 mpra, in etiā  
 mplis, in eius  
 mente secula  
 conferuāda,  
 estimanda,  
 amitate. Sic  
 a, abhelanda,  
 & inuocan  
 hominimor  
 tibus que uere  
 per hoc deus  
 is, quia patris  
 est, ut qui ue  
 re deo uita ho

DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE

ueniali indignitate, uenialiter etiā iudicetur. Qui uero digne manducat, etiam ad iudiciū manducat, sed ad iudiciū gloriae suae, in die iudicii quā reddetur gloria dignis, quēadmodū in dignis ignominia & confusio. Verū tamen ualde notādū uerbum dñi, Nisi māducaueritis, non habebitis uitā in uobis. Habent autē uitā uerā qui credūt in eū, ergo qui credūt in eū, hi sunt qui manducāt carnem eius. Confesse palā sanctos Anachoritas uitam habuisse, latitantes in antris tātos annos. Māducabat ergo Paulus primus Heremita, etiā rēpibus illis quib⁹ mortalem nullū, ne dixerim sacerdotē cōiçantē uidebat. Sed manducabat quia credebat, & quod credebat, crebro cōmemorabat, quod cōmemorabat, diligenter considerabat, quod cōsiderabat, ruminabat, quod ruminabat, suauē esse gustabat, quā suauē esse gustabat, desiderabat, quod desiderabat, esuriebat & sitiebat, quod esuriebat & sitiebat, hoc super mel & fauorem dulce esse sciebat, hoc anhelabat, diligebat, amabat, amore languēbat, amore uulnerabatur. Quia si fideliter & integre faciebat in omnibus his, mortē dñi annūciabat. Et cui nisi sibi ipsi. Et qualē mortē & qualis mortui & quare mortui, nisi quia eū sanctissimus esset & exaltatissimus, uoluit interim exinanitus gloria sua humiliari, caritate dei p̄cipientis obedientiā usq; ad mortē, mortē autē crucis. Hanc mortem si fideliter sibi annunciauit, donec dñs ueniret pulsans, nimirū & ip̄e amore fraternitatis in talē fratrem primogenitū incensus, plusq; in se ip̄m. Et hunc amorē dñi Iesu, crescere oportet in nobis ad legitimum gradū suū, iuxta uerbū Apl̄i. Qui nō amat dñm Iesum, anathema sit. Et quāto ab hoc deficimus, ad iudicium maius aut minus, uenialiter saltē manducamus. Et scdm̄ amoris gradus, manducantiū gradus ad perfectū distinguuntur. Oportet enim fraternitatis amore amare fratrem primogenitū in multis fratribus, magis q̄ nos ipsos, anteq̄ ad perfectū māducatiōis gradū pertingamus. Imo magis q̄ uniuersos fratres reliquos hoies & angelos, donec digne fraternitatis amor ordinatus fuerit secūdū gradus dignitatis fratrū. Et hic fraternitatis amor

## ET AVDIENDA MISSA

Quia in creaturā est, uidelicet assumptā, sanctificatā, humiliatā  
 ppter nos, exalratā naturā humanā, ideo sub caritate dei erit  
 & esse debet. Et quia iubemur in uia singuli sancti & mundi  
 sacerdotes, oportet nos cū uirgine matre, de nro sacrificiū, de  
 nobis holocaustū, de dño Iesu incensum suauissimi odoris deo  
 adolere. Sed hoc incensum deo nequit offerre, qui nondū fra  
 ternitatis amore dñm Iesum amat sup oēs fratres & super se  
 ipm. Qui em sic dñm Iesum amat, proximo gradu cū Magda  
 lena est, ut ad patrē suū ascēdat in corde illius, & adeo dei cari  
 tate uolūtate eius incendat, ut etiā ipse quēadmodum dñs Iesus  
 dñm Iesum tradat, derelinquat, offerat, adoleat incensum deo.  
 Hūc pcessum gradualē de uirtute i uirtutē, credo tenuisse &  
 ascēdisse Magdalēnā, & puto q nō solū ad pfectū amorē dñi  
 Iesu ascēdit, sed insup q ipā pfecte amās, pfecte adoleuit illud  
 scitissimū incensū. Neq puto q ipā tēplū dei, solū regni, thala  
 mū nuptialē, aī q sic scētā, digna, sublimis & speciosa ingressa  
 sit. Credo igit nullū filiorū dei, uel ad sacerdotiū, uel regnū, uel  
 eternas nuptias intraturū, nisi p hos gradus mundatus & purifi  
 catus ascēderit. Hi soli q poterūt habitare cū ardorib⁹ sempitē  
 nis, quia & ipi uero, mero, sincero isto pficienti purgatorio &  
 ardebūt. Et q hoc ardore flagrāt, nullo externo igne indigent  
 purgatorio. Purgabūt aut gradib⁹ medijs añ sūmū, & hec eis  
 purgatio necessaria fuit, in q cōditi nō pfecte amarūt, etiā tam  
 diū anathema fuerūt a tēplū, solij, thalami officio sūmo. In hac  
 gradū uia, nisi idulgētarij dicāt Papā habere plenā potestātē  
 disponēdi, psertim de ultimis uie gradib⁹, nō poterūt saluare  
 indulgentias in forma currētī. Nō parū notulā istā cōfirmant  
 uerbū primū psalmi. xvij. Archanicha iohauah, hoc em si ue  
 rificari debet, oportebit matris uiscera induere sup dñm Iesū,  
 de quo expressius alibi. ¶ Valde etiā notādū circa superiora,  
 de legitimo effectu & usu aliorū sacramētorū, in qb⁹ ut bap  
 tismo, cōfessione reuiuiscāt mortuū. Manducant igitur, quia  
 uitam iam habent. Præterea in omni iustificatiōe reuiuiscit  
 impius, ut orando cum publicano, qui descendit iustificatus

## DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

ergo uiuificatus, ergo manducans & bibens. Cū tamen omnes laici & mulieres a calice sanguinis exclusi sint corporali perceptione, qui tamen uere uitā habet in se. Carnem ergo perfecte manducare & sanguinem bibere, bibere est ex amore, instar illius magni sacrificij, sacrificiū fieri desiderio illius, qui nobis tale exemplar factus est. Vltimus & summus gradus manducantiū est eorum, qui cū uirgine matre iuxta illud supra allegatū Archacha ieuah, hic gradus lōge amaritudinē fidelis amaricis Magdalenæ, hic amor perfecte vulnerans, quia magis patitur & fert crucem cū dño Iesu crucifixo q̄ si ipse crucifigeretur.

¶ Quod omnia quæ per scripturā sparsa sunt in eandem sententiā ad confortandū cor hoīs & uitaticū cōplecti debet. Caplm. XI.

**N**otula hæc præmissa de pane uitatico confortante cor hominis in uia, debet cōplecti omnia per uniuersam scripturam sparsa, ut sit omnifariā panis & uitaticū necessariū uiatori, uiatorem confortans in uia. Et quia idem panis uitaticus etiam est uiatoribus, ideo cōpetūt ei omnia præconia & prædicata uiaē sparsa per faciem scripturæ, scilicet q̄ sit uia grandis sicut ad grandia perducēs, sicut illud, Surge comede, quia grandis tibi restat uia, ardua, sublimis exaltata a uijs nostris. Cuius arduum & altum progressum aequaliter licet per caliginem præscripta notula expressit, in qua qui ambulat & proficit, adhuc uiator est. Qui credit, incipit. Credere enim oportet accedentem ad deū quia est, & quia remunerator sit inquirentibus se, hoc spūalis uitę principū est, paruulum quidē, sed unicum tamen. Quia qui credit in me habet uitam eternā in se, sicut & regnū dei intra se, sed paruulum interim ac dormiens adhuc, & pro tanto simile mortuo grano frumenti, procedente tamen cultu suscitandū a somno mortis illius & occij. Propter hanc somni & mortis similitudinem etiā de fide uere creditū, ut est fides paruulorum, intelligi potest uerbum Iacobi, quod fides absq̄ operib⁹ mor

ET AUDIENDA MISSA

tū est, non quia deo per spm sanctū uiuant, sed quod ab ul/
 terioris uitae actibus dormiūt, ac per hoc mortuis similes sunt.
 Infantes enim si semper tales, tū parentibus tum ecclesiae per
 mansuri essent, nonne confesse omnibus quasi mortui & ine
 ternū a uera uita mortui dicerentur. Fides igitur illorū licet
 uere deo uiuat, mortua tamen est interim a uita proficientiū
 & euntium de uirtute in uirtutem. Neq; hoc debet uideri tā
 q̄ irrationabiliter dictū de infantibus baptisatis, uel de mīno
 ribus imbecillibus in fide ac dormientibus, qm̄ etiam fortissi
 mus in fide plus omnibus laborans Paulus de seipso cōfiteretur,
 quod propter peccatū corpus suum mortuum sit. Vnde etiā
 exclamat. Infelix ego homo, q̄s me liberabit de corpore mor
 tis huius. Quod reuera Paulo corpus mortis fuit, propter pec
 catū quāto corruptū aggrauabat aiām suam, ac deprimebat
 sensum a multorū cogitatu. Quantū enim aggrauatos in uia
 deprimit, tantū est corpus mortuum, tantūq; nos mortui su
 mus, tantūq; fides nostra interim mortua, quia fides non ope
 rans per dilectionē quo ad opus debitū & non praestitū opus
 mortua. Ergo quantū non operatur, tanto fides adhuc mor
 tua, etiam in his qui primitias spūs acceperunt, in semetip̄s in
 gemiscentes & exclamantes. Quis nos liberabit de corpore
 mortis huius. Sicut enim in motu terminus a quo minuitur,
 terminus ad quem intenditur. In omni tamen parte motus
 mediū semper utriusq; termini restat aliquid, quo scdm̄ quid
 nominari liceat, & huius inaduertentia plerosq; incautos &
 incircūspectos confundit, ac per hoc etiam turbat & pertur
 bat nonnullos. Debet ergo omnis doctus in regno dei scri
 ba, circūspectus esse, ut non leuiter propter unū aliquid uer
 bum cito enunciet. Qui enim dixerit, Quicūq; crediderit &
 baptisatus fuerit, saluus erit. Idem dixit, Nisi abundauerit ius
 ticia uestra plus q̄ scribarum & pharisaeorū, non intrabitis in
 regnū celorū. Salutis p̄ncipiū in sacramentis & fide acce
 dentium posuit. Cōplementū autē in abundante iusticia. Sed
 abundans iusticia quae sit, mox eodē quinto, sexto, septimo
 d iij

ARISTIA  
 s. Cū tunc cor  
 i sint corpus per  
 Carnem ergo se  
 re est ex amari  
 siderio illius q̄  
 & summus grati  
 e iuxta illud iero  
 amaritudine fidei  
 uolens, qui ma  
 dico q̄ si ipse cu  
 sunt in eandem  
 tū cōplecti debet  
 deo confortante  
 omnia per unū  
 ifanā panis &  
 confortans in  
 onibus, iudeo cō  
 rta per facien  
 dia perducit  
 est ac uia, ardu  
 m & altissim  
 rpta nouit et  
 uiator est. Qu  
 tem ad deū uia  
 hoc spūali uis  
 amen. Qui qui  
 regnū dei intra  
 pro tanto simi  
 ubi fidei adū  
 & mortis il  
 s paruos, q̄  
 p̄bab' mox

DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

capitulis, longo illo in monte sermone Saluator explicat concludens in fine sic. Estote ergo perfecti, sicut pater uester celestis perfectus est. Hoc idem & Abrahæ præcepit, Ambula in gratia mea, & esto perfectus, hæc si feceris, ero merces tua magna nimis, quasi dicat, Non ero merces tua, priusquam ambulas coram me perfectus fueris dignus deo. In uia progressus est, in termino status erit. Sed in imperfecto indignus status esset. Igitur in termino nihil imperfectum. Oportet igitur omnem imperfectionem deponere, depurari, purgari, sanari, tolli ante terminum & statum. Hanc totalem uiam huius uiae integritatem integritatis uiae terminum cuius suum & proprium termini perficiendi modum ordinem ac modum nemo mortalium scit ex gradu uel officio. De mora igitur & modo purgationis, modo termini, nemo mortalium quacumque autoritate prædictus diffinire ac statuere potest.

¶ Quod omnis sapientia nostra, iustificatio, redemptio in passione domini constituta sit, & hæc nisi digne percipiendo non consequimur, percipitur autem digne non nisi commemorando, conseruando, commemorando, &c.

Capitulum XII

**D**ominus Iesus quando dixit Marci. X. Venit filius hominis dare animam suam redemptionem pro multis. Immo clarissimus. I ad Corinthios. I. Vbi sapientiam, iustificationem & redemptionem nostram omnem in passione Christi constituit. Manifeste etiam in cena dominus Iesus remissionem peccatorum in pietate circa sacramentum eucharistiam constituit. Similiter etiam impunitas in eadem pietate, quando dicitur. Timotheo. II. In quo habemus redemptionem pro sanguine eius. Sed hanc redemptionem non consequimur, nisi participando digne, nec participamus, nisi commemorando, conseruando, conferendo, diiudicando, ruminando, gustando, desiderando, amando, imitando, per affectum amore languendo, donec digne deo ipsum imitemur nos, deo sicut ille incensum suauitatis & propter illum deo offerentes. Et licet redemptio sepe in scripturis ponitur pro remissione peccatorum, ut ibi. Ipse redimet Israel ab omnibus iniquitatibus eius. Magis tamen & purius & crebrius in significationem liberationis quam remissionis.

redemptio

179  
ET AUDIENDA MISSA

Redemptio enim a miseria, calamitate, calūnia, captiuitate, seruitute, tyrannide, supplicio, tormento, pena, & ab his Christi sanguine redimimur, & nos per studia pietatis participamus eius sanguini, non corruptibilibus auro & argento, sed precioso Agni sanguine redempti sumus de manu inimici, de manu inferi, de interitu, de omni malo culpe & penæ. Sed quō sanguine eius redempti, nisi participando sanguini & carni per fidem & fidei pietatem. Sed hæc pietas quō officiosa, nisi per gradus crescentis affectionis, donec plene Christus formatus in nobis.

¶ Sacramentalis significatione etiam nutrit, quia sacramentalis est & uiuificat uita sapientiæ & iudicij in similitudinem iusto

Caplm. XIII.

**P**anis materialis licet odore & sapore delectet, nisi manus & in uentrem traiectus non reficit. Sacramentalis autem panis, quia sacramentalis est, & sacramentum significatiuum est, significatione nutrit & reficit. Est enim non solum in se uiuus uita sapientiæ recti iudicij & iusti amoris. Sed & panis uiuus & panis uitæ & panis uiuificus, hoc est, in similem sui uitam uiuificans. Viuificat igitur in sapientiam ueram, quæ est sapiens dei cognitio, uiuificat in rectum iudiciū, ut granditer de deo nostro estimemus. Et si duas has magnas uitas ueræ sapientiæ & grandis estimationis in nobis sentiamus, uelut pignus habemus tertiam uitam uiuificandam ab eodem pane in nobis, uidelicet iustum amorem dei. Sed hoc non subito panis iste operabitur. Naturalis enim processus, a paruis principijs gradualiter ordinatis incrementis procedit ad perfectum. Quanti faceremus panem qui solo uisu pasceret aspicientes, qui unus plurimis ad omnem saturitatem & efficacem refectionem satis esset. Quanti igitur faceremus nostrum hunc panem sacramentaliter uiuificum, qui sola significatione & pia commemoratione, uere uiuificat & reficit. Prior ille panis

## DE SACRAMENTO EUCCHARISTIÆ

panem sacramentaliter uiuificum, qui sola significatione & pia cōmemoratione, uere uiuificat & reficit. Prior ille panis licet aspicientes pasceret, non tñ uiuificaret. Hic autē sacramē talis, credentem etiam si mortuus fuerit, uiuificat & reficit.

Prior ille licet uidentem reficeret, cecum tamen & oculis orbū ieiunū relinqueret. Hic autem sacramentalis panis, ubi significatione mentem credētis alluxerit, sola cōmemoratione uiuificat & pascit, & si pergat instare cōmemorando, nutrit & auget in uitam & uirtutem illam beatam, qua uiuit ipse panis, quia uere uiuificus est.

*mirabile dictu*

¶ Plurimū proposito huic alludit historia illa sacerdotis de Egger, qui niuis & algoris necessitate dum in alpiibus a uia deerrasset, mitiorem a uentis & niuibus uallem reperire speras desilisset, neq; reductæ quæq; uersum exitū cōperisset, neq; unde desilerat propter altitudinem reascendere posset, sub exesam & propendentem rupein sese fame moriturū coniecit ac desperauit. Sed ut erat luna plena, uidit noctu serpentes diuersa genera contēdere ad lapidem quēdam, & illic linguas lapidem lingere, & post horam quæq; in sua antra reuertenti. Et incidit ei cogitatus quid nam illic ita lingerent. Sequēti item nocte similiter. Et miratus magis intra se querens quid ista. Tertia demū nocte iam pene uiribus destitutus, ante oēs ipse accessit & inxit. & inter lingendum ita restitutus fuit, quasi cibo refectus. Et sic per totam illic hiemem sub rupe latitauit, donec in fine Aprilis, niue soluta, peruijs iam factis alpiibus, quosdam audiret in uicino colloquentes. Quos ubi multo tandem clamore aduocasset, extractus est, & ad proxima domicilia deductus. Vbi suum casum interrogatus, maiora fide narrasset, incitati cuncti locum querere unde extraxerant, nullis mille ambagibus repetire potuerunt. Vere lapis ille panis uim habuit, & efficax panis fuit, sed efficacior longe fuisset, si refecisse potuisset aspicientem, & id non uita in carne & sanguine, sed spiritali uita uere sapientiæ, recte estimationis & sancti amoris.



DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

Etus & miserabilis fieri dignatus est. Est quoque hoc tatio mirabile ut iam opera potentiae eius, opera sapientiae eius, opera sublimitatis, maiestatis, iustitiae uincat, ut ubi hoc opus in mente uenerit, a prisca sua admiratione ueterascunt. Vere iam oim mirabilium dei memoriale sepius in dñi comemoratione reuocandū. Sed quō comemorandū, nisi ut Salomon ait, diligenti consideratione comemorandū, quae sint, qualia sint, quanta sint, quae nobis ad hanc mensam diuitis, in hac magnā cenam uocatis apponuntur. Nam qui non diiudicat corpus esse dñi dei, non solum indignus manducat, sed & reus erit cū Anna, Caipha, Phariseis despicientibus. Verū & come/minisse & diligenter considerasse, ut perfectū fructū pariat in nobis hac hostia salutaris non satis erūt. Ad hoc enim debemus comemorare, diligenterque considerare, ut sciamus quia talia oportet nos preparare. Vbi ergo diligenter consideramus quae, qualia, quanta pro nobis deus in homine gesserit, docuerit, ptulerit, oportebit ad singula scire quia talia oportet nos preparare. Tūc enim deo nostrum placebit sacrificium, quā cōforme inuentum fuerit gratissimo illi sacrificio summi sacerdotis Iesu. Nō ergo satis erit nosse & scire quia talia nos oportebit preparare, nisi etiam ad uerum illū gradū gratiae pertingamus, ut in toto corde nostro, toto spū, tota anima, totis medullis talia preparemus.

¶ Gradus preparationū fidelium, ut talia preparem⁹ quae in mensa dñi apposta sunt. Ca. XV

*Nota bene*

**E**st igitur primus gradus iusticie fidelium oim, fidei crederitū & comemoratiū in oib⁹ vñs suis dñm Iesum. Secundus, diligēter considerent uniuersa quae illius sunt. Terti⁹ ut ex gustu & dulcore salte accingat ad imitandū. Vltim⁹, ut Christi impropertū tollētes gloriēt i cruce dñi Iesu. Hic itaque cū dño Iesu crucifixus quātūlibet maleficus & latro fuerit, in die dñi uere mox uelut hodie secū erit in paradiso. Qui uero persistunt in tribus prioribus gradib⁹, discant quā spe salui facti sint, nihilominus differēt ab

ET AVDIENDA MISSA

ingressu uelut immūdi, donec gradibus ascēdentes ad quatuor usque perueniāt. Fidelibus enim uelut paruulis in Christo praecepit dñs Iesus cōmemorare, proficientibus autē Salomon diligenter considerare. Quae duo qui frequenter faciūt, hij uacant & uident & gustāt quoniā suauis est dñs. Et si uere gustant, crescent, accendentur, cōformabuntur, animabunt ad imitandū. Primis Christus iac est, postremis est solidus cibus & panis. Omnibus tamen fidelibus, & primis & medijs & postremis, est uere cibus internis oculis uidendo, cōmemorando, considerando, desiderando, amando manducandus, nō dentibus lacerandus. Hoc etiam Lex uoluit quando panem sacrum in templo super mensam propositionis auream, panē facierū noiauit, quod nostri panē propositionis trāstulerunt. Huiusmodi fuit Abraham, quādo praecepit deus illi ut tolleret filium suum unigenitū quem diligebat Isaac, & offerret illū super unum montiū. Obediuit exire in locum, & implete p̄ceptū, nimirū inuitatus ad mensam diuitis dei sui, sic dilegentis mundū, ut filium suum unigenitū daret pro mundo, factum Theraph ietharef. Cōsiderauit Abraham iuxta praeceptum Salomonis, quae, qualia, quanta dilectionis argumenta in cōuiuio apponebātur. Nouit praeterea quia talia oportet inuitatos preparare, ut qui summę dilectionis fercula & argumenta habent apposita, summam etiam dilectionem parent reddere. Amoris enim conuiuium erit, ad quod nemo dignus nisi qui nuptiali uestē parilem refert amorem. Hinc seuera illa sed uera uerba dñi Iesu. Qui non odit aiam suam propter me nō est me dignus. Indigni enim sunt oēs sancti ad illud beatifici amoris cōuiuū, quādiu neuus aliquis externi amoris a sacro cōplexu mentes nostras incestat. Talē autē amoris mūdiciā & dignitatē quia ecclesiastica autoritas dare non potest, constat penalem a regno & amplexu dilationē tollere nō potest. Pena enim illa qualiscūq; sit, quoniā quod impuritatis restat, hoc purgat & ad puritatem reducit, ideo fideli patrum consuetudine purgatoria dicitur.

e ij

ARISTAR

quoy iocūo mi  
 sapientie euopa  
 ut ubi hoc quā  
 trahunt. Venū  
 cōmemoratio  
 uel Salomonis  
 e sint, qualia hinc  
 is, in hac magni  
 diuinitate corpori  
 sed & reus erit  
 Vtū & cōme  
 fruētū pariat in  
 hoc enim debe  
 sciamus quia ta  
 ter consideram?  
 gesserit, docue  
 ia oportet nos  
 uenificum, quā  
 uicio (ammi) fa  
 quia talia nos  
 u gradū gratie  
 nota anima, so  
 parem? qua  
 KV  
 om, fidelē cre  
 as dñm Iesum  
 ta q̄ illius sunt  
 ecclīngat ad in  
 gloriā serue  
 uelut malē  
 hodie secū erit  
 bus gradib?  
 in dūterē: ab

DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

Purgationem & mundificationem sincerus amor solus non  
 petit. Hoc in amoris militia mirabile est, si tamen eo lo-  
 co & in eam rem amandam quæ uere digna constitutus sit,  
 ut quanto magis amans ipse seipsum perdere pergat prop-  
 ter eum quem amat, eo magis per seipsum saluum inueniat.  
 Testatur hoc Psalmista, imo spiritus sanctus per Psalmistam.  
 Etenim passer inuenit sibi locum & turtur nidum ubi repo-  
 nat pullos suos, Altaria tua domine uirtutum. Quæ uerbâ  
 si de passere & turture legali ritu oblati accipiamus, longe  
 a uero sunt. Non enim quæ in sacrificium offerebantur anti-  
 quæ, siue in templo, siue in tabernaculo igni concremata re-  
 dibant ad uitam ut ibi in altari perpetue uiuerent. Sed de per-  
 has legales hostias significatis, ad unguem (ut dici solet) &  
 perfecte uerū est, quod passer lasciuiam suā deo macians in  
 hostiam, & turtur innatam sibi castimoniam offerens deo,  
 semetipsum non solum recipit, sed centuplum deo mortifi-  
 catus, fructum de semetipso facit & recipit. Et hæc talis amo-  
 ris militia sola consummata est & perfecta. Hæc sola uerum  
 incensum suauissimo odore deum afficiens & placens. Ni-  
 mirum quoniā in opere manuum suarū tantam sui similitudi-  
 nem conspicit. Hæc uera latria solo deo digna, hanc suā glo-  
 riam alteri non dabit, neq; extra templū dñi hoc thimiam  
 reperitur. Et qui habet, iam in summis sacerdotib; est, ut ad  
 sancta sanctorum introeat, quocūq; ordine, gradu, sexu, eta-  
 te, conditione fuerit.

¶ Quod nullis nostris iusticijs digni efficiamur tãto sacra-  
 mento & tñ iubemur manducare, & indignis mors minatur.  
 Caplm. XVI

**O**Mnes iusticiæ nostræ uelut pannus menstruatus.  
 Quis igitur ego dñe Iesu rex gloriæ domine do-  
 minantium, sacerdos consecrans, hostia sanctifi-  
 cans, princeps pacis, pater futuri seculi. Quis in  
 ego ut sub tectum meum in uile tugurium hominis peccato-  
 ris diuertas? Vere non sum dignus ut intres sub tectum

182  
ET AVDIENDA MISSA

meum, nisi tu uel mox quod neq; Angeli praesumunt pro  
 fus dignum facias, uel dignanter interim dispenses, ut indigno  
 mihi meam indignitatem non imputes. Alterum humanę fra-  
 gilitati impossibile & consuetudini alienum. Alterum igitur de  
 tua benignitate fides recta non fidere cogit. Præcipis enim non  
solum accipere & manducare in tui cõmemoratione, sed mi-  
naris insuper mortem non manducantibus, Nisi inferens ma-  
ducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uo-  
bis. Con fidens igitur ac tremens, mea infirmitate, mea necessi-  
tate, tuo mandato coactus, qui ex indignitate mea mortem ius-  
te formido, de multa dignatione tua uitam spero. Qui enim  
cum non essem, ex nihilo ut essem uerbo fecisti. Ipse etiam pro-  
misisti fideliter in te credentibus uitam eternam. Igitur dñe Ie-  
su, uiuifico pane isto, uero manna de celis annũciato nobis,  
in Nazareth nato nobis, in Bethleem dato nobis, in Hieru-  
salem oblato nobis, in Caluaria accepto, a deo patre missõ no-  
bis, hodie Angelorum pane refice nos, & ad omne opus bo-  
num cor nostrum confirma, mentem meam electis uitæ tue  
operum tuorum meditationibus foue, Intelligentiam rectis  
iudicijs laudum tuarum attolle, Voluntatem meam semper  
perfectis desiderijs accende. Hoc pacto, hac spe, ac tuæ benign-  
nitatis fiducia tremens & fidens dñe Iesu, supplex ad mēsam  
tuam accessi, accepi, manduco & rumino. Tu tua benignita-  
te in ediam refice, infirmitatem roboras, insipientiam dirige,  
te porem accende, quoniã tu natura deus meus, iure tuo dñs  
meus, benignitate tua pater meus.

¶ Quod non debemus consternari, si non statim in cõica-  
 tione Christi oẽm caritatem experimur, saltem semper bona  
 uoluntas nequiciam & maliciam excludat. Ca. XVII

**N**on consternet pusillanimitatem piorum, si non mox  
 in eis hic panis oẽm efficaciam ostendet, ut statim  
 caritate feruentes & in omne opus bonum parati  
 sint, aut tribulatione gaudeant. Panis enim uiuus  
 est, panis uidens, sciens, sapiens nutu suo & arbitrio, quatum  
 e iij

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ

vult viuificans distribuens unicuique pro ut uult. Neque si te in infirmitate sinat uoluntate, propterea minus liberalem circa te cogites. Vides enim amicissimos illos & dulcissimos in filiis dei Apostolos, de quibus colūnas mundi stabilire decreuerit, in quanta infirmitate, quanta insipientia & uanitate post sanctam illam participationem, qua de manibus eius cōmunicarant, iactabantur. Eadem enim nocte relicto illo omnes fugerunt. Petrus negauit, & sacer totus ille cetera una contentione disceptabat pro primatu. Multū igitur fidelibus omnibus fidendum, in sacrihuius participatione, licet uanis, licet infirmis, quādū bona uolūtas nequitiam & malitiam excludit. Per fidem ambulātibus, itidem debet esse siue prouisum siue datum. Quid enim tua refert, donatum siue depositū siue traditū sit, modo tuum. Cum fide in cena susceperūt corpus, quia sic ei placuit exercere fidem illorum, & quem promissit paraclitū quinquagesimo die primū donauit. Neque tu infirmeris, fide credens, panem illū quando & quantum uolet uiuificaturum. Grandis enim etiam hęc uita erit, hęc tuę fidei longanimis expectatio.

¶ Quod uere probans seipsum & corpus dñicū diiudicās propter remedia suę imbecillitatis accedit ad sacramentum confidenter accedat & confidat fructum eius. Ca. XVIII

**S**acramentum eucharistię panis est uitę, uiuus & uiuificus, plenus omnipotentis uirtutis & sapientissimę artis, & fecundissimę largitatis & uirtutis, omnino non manducanti indigne. Indignus uero māducat, qui uel se non probat uel corpus dñi non diiudicat. Quisquis autem suam imbecillitatem uel suam insipientiam, uel suam sterilitatem agnoscat & confitetur, hic seipm probat. Qui uero propter hęc remedianda recurrēdū discernit ad panem uiuificum, hic diiudicat corpus dñi. Quisquis ergo hoc de seipso probat, illud autē de corpore dñi sentit & iudicat, quātūcūq; arida mente hoc faciat, cōfidenter accedat, edat de pane, certus quia uerum fructum & efficaciam afferet con-

*Seipm probat*

in piritate  
panis, & uoluntate  
sacramentum. F  
natis, panis h  
sacramentum sa  
bis e celo da  
tum est, & g  
conibus eum  
simis, pulme  
principibus, s  
ti attendendo  
ruminandus  
dus, & parant  
dus, confitetur  
plendens, a  
re languendo  
neratione ad  
ratio mem  
tatio, all  
eius uel st  
catur is  
¶ Qu  
quod eiu  
diuicatur  
**C**  
terat, &  
tra matu  
ria affer  
non car  
uitam le  
li suscita

183  
ET AVDIENDA MISSA

tra spiritales indigentias, Ipse enim fenum, annonam, pabulum, panis, edulium, pulmentarium, ferculum, conuiuium, epulum, sacrificium. Fenum iumentis, pabulum brutis, annonam saginatis, panis hominibus, edulium debilibus, epulum celeberrimis, sacrificium sacerdotibus. Omnibus omnia factus, qui pro nobis e celo datus est panis. Verbum enim caro & fenum factum est, & granum frumenti, & esca pullis coruorum in uocantibus eum, & panis esurientibus hominibus, edulium infirmis, pulmentarium delicatis, conuiuium amicis, epulum principibus, & sacerdotibus sacrificus cibus, & refectio mentis attendendus, commemorandus, considerandus, conferendus, ruminandus, conseruandus. Hic panis intelligentiae iudicandus, comparandus, diiudicandus, uidendus, gustandus, admirandus, confitendus, laudandus, extollendus. Voluntati concupiscendus, amandus, esuriendus, sitiendus, desiderandus, amorem languendus, & pro eo habendo deficientium, extrema ueneratione adorandus silendus. Attentio, meditatio, consideratio memoriae sunt. Considerat enim ut iudicet. Argumentatio, assentio, iudicatio intelligentiae. Intentio, fiducia, impetus uel studium uoluntatis. Et his modis minatur & manducatur is cibus, actibus imaginis triu scilicet potentiae anime, quod efficaciter caro Christi uiuifica nos uiuificet. Et quod eius participatione etiam sicut manducamus ita & manducamur & ipsi incorporamur. **Ca. XIX**

**C**aro mea uere est cibus & panis uiuus, imo uiuificus plus quam lignum uitae, quod ab origine plantauerat deus in medio paradisi. Illud enim lignum suo fructu omnem corporalem infirmitatem tollere poterat, & pristinam bonam ualitudinem reparare, sed tamen ultra naturalem sanitatem, nihil uenit, nihil gratiae, nihil gloriae afferre aut conferre poterat. Hic autem panis emundat, non carnem solam, sed & spiritum. Fructus illius carnalem uitam seruari, hic autem panis a morte corporali & spirituali suscitare, in diuinam uitam uiuificare etiam animam.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

quæ uita est corporis, & corpus ipm nõ sanare modo, sed & suscitare & confortare & configurare corpus humilitatis nostræ claritati corporis sui. Vt sicut anima & charitas & sapientia & uirtus Christi inflammabit, illuminabit, colorabit animas nostras. Sic & corpus eius stabiliat, clarificet & exilaret corpora nostra, a quibus redundantis spūalium corporū animæ nostræ reficientur eisdem & potioribus. Corpus Christi animabus nostris erit & panis uerus.

¶ Præterea in participatione eucharistiæ manducamus & manducamur, quia sumimus & confortamur, uelut cibū accipimus & manducamus. Verum quia confortatio hæc non nostris sed sumpti uirtutibus agitur, sumentē in se trahunt, manducari dicitur. Sicut ferrum ubi ignitur, ferrum haurit & prorsus igne corripitur, uelut igitur ignis ferrum comedit, & ignis ferro comeditur. Sed propius ad hoc punctū res ipsa conuenit spūalis, uelut enim præceptoris sapientiam, si discipuli credulitas manducat, & amantium duorum amor pascitur.

¶ Quod corpus Christi panis uitæ est idem & panis angelorum, & eandem sancti patres escam spiritalem in deserto manducauerunt spiritualiter, utiq; quia caro non prodest quicquid.

Capitulum XX

**P**anem angelorum manducauit homo. Hic est panis qui de celo descendit. Descendit de celis, & homo factus. Cuius cum sit filius hominis, nisi quis manducauerit carnem. Et nisi qui manducauerit ex hoc pane non habebit uitam in semetipso. Igitur ut uiuat in eternū ex hoc pane, necesse est manducet homo panem angelorum. Vnde & angeli uitæ incarnationem, & sancti patres eandem escam spiritalem manducauerunt, credentes, sperantes affectatè expectantes. Nouerunt siquidem ex prima forma instituti edificij celestis templi, lapidē quēdam futurum in caput anguli, qui utraq; faceret unum edificium, structuram sanctam in domino. Et foras illo prædicante & reuelante quo & dante

ET AVDIENDA MISSA

spiritum suum in corda eorum acceperunt illum angula-  
 rem lapidem reprobandum ab edificantibus. Igitur & passio-  
 nem & obedientiam & nomen ei dandum super omne no-  
 men & exaltationem. Hac ergo spe roborati, eandem nobis  
 semelcam spiritalem manducauerunt. Hinc etiam propter  
 sanguinem agni, uictoriam in bello confortati reportarunt. de  
 quo alibi de dispensatione uerbi. Et vitam dat mundo pa-  
 nis iste, quonia ibi subditur statim. Ego sum panis uitae. Qui  
 uenit ad me & credit in me non esuriet, neque sitiet unquam. Et  
 subdit. Caro non prodest quicquam, sed spiritus est qui uiuificat,  
 & spiritualis intellectus, quia uerba mea spiritus & uita. Qui  
 manducat me, uiuet propter me. Ergo si angeli uiuunt prop-  
 ter eum, & ipsi manducant eum. Nam panem angelorum  
 manducat homo, ergo panem hominum manducat angelus.  
 Quoniam ipse est lapis angularis faciens utrumque parietem in  
 uno angulo. Et hoc magis post misterium carnis, ut innuit  
 uerba quibus murmurantibus iudeis respondens dixit, Hoc uer-  
 bum uos scandalizat, quid ergo si uideritis filium hominis  
 ascendente ubi erat prius in equalitate patris. Quomodo scilicet  
 scandalizamini audientes eius carnem praecipui uobis manducandam?  
 Igitur ante incarnationem angeli eius carnem manducabant  
 sicut & patres in deserto per spiritum filii. Spiritus enim ui-  
 uificat & caro non prodest quicquam. Et qui in eadem domo del-  
 sunt angeli & homines sub uno magno sacerdote, eisdem ui-  
 scrimis & sacrificiis participant & pacificis, & de eodem alta-  
 ri. Et angelis flumina fluunt aquae uiuentis de uentre eius,  
 hoc autem dixit de spiritu sancto quem accepturi erant cre-  
 dentes in eum. Et quia spiritum filii acceperunt angeli etiam  
 & ipsi filii dei sunt, & deo patri clamant Abba pater.

Quod plene nobis Christus in sacramento datus, sicut  
 in passione traditus, & quanto in passio-  
 ne plus afflictus, tanto nobis in sa-  
 cramento magis datus,  
 Ca. XXI.

RISTIA  
 re moio, sed &  
 a humilitate  
 uaria si loqu  
 colorabit ut  
 uer & exalt  
 um corpori ni  
 Corpus Christi  
 uolueram &  
 elur cibari  
 atio hae non  
 se tralmoas,  
 ferrum hauri  
 ferrum come  
 punctu res  
 pientiam, si  
 uoq; amor  
 panis ange  
 deserto ma  
 dicit quicq;  
 est panis q  
 no factus  
 nducau  
 de pane no  
 rnu ex hoc  
 e. Vnde &  
 dem elcam  
 ueritat ex  
 ueritat edi  
 ut anguli,  
 in tam in  
 & dicit

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ

**I**Ta plene nobis in sacramento datus, quatenus plene in passione pro nobis traditus, ut quicquid illic pro nobis obtulit, prorsus nobis prosit, sitamē continua commemoratiōe crescamus, ac iam non suum sacrificium sit sed nostrum, nō sua iusticia uel obedientia, sed nostra. Fidualiter cum fiducia causæ nostræ tribunali accedere possem⁹. Quia per hoc sacrificium gratificati deo, magis quam si nūq̄ cecidisset, Sicut enim arguit Apostolus, omnes mortuos esse si Christus pro omnibus mortuus est. Ita etiam licebit arguere, Si Christus pro omnibus factus obediens usq̄ ad mortem, igitur omnes obediētes facti sunt usq̄ ad mortē, quod si obediētes, ergo iusti. Corpus ergo domini traditū pro nobis, & sanguis effusus in remissionem peccatorum & in redemptionē oppressorū, traditum inimicis uincendū uictoria perfecta in omni genere conflictus, quo libuit hosti impugnare. Hic itaq̄ nominatur corpus domini & sanguis, quia nō solum corp⁹ & sanguis, sed & labor, languor, lūor, dolor, meror, angustia, defectio, turbatio, tediū, desolatio animi ei⁹. omnia hæc pro nobis tradita & perfecte tradita sunt. Et hæc ut integrius cognoscamus uidere oportet, quibus inimicis perfecte traditus est. Quia malignissimis demonibus, ac demoniorū principi Draconi, sanguinem Agni sitenti, magis q̄ demones reliquit. Et quanto traditus huic. Certe in omnibus uiribus animalibus, quæ quomodolibet in carne & sanguine spirituum claritate, omnem mentis præstantiam proxime assequentibus, quæ quia in Christo summa fuit, ut clare Draco naturæ sagacitate in tradito ac derelicto sibi cōspexit, proculdubio uniuersam hanc præstantiam in excelso, præ regibus terræ, toto insultu denicere aggressus est. Non ergo solo dolore afflixit sanctam illam animam, sed in omnibus præclarissimis animæ uiribus, nobilissimo spiritu in corpore excita-tis, quæ non abre ad cognoscendū ingenium dicuntur, ad uolendū in dolēs. Indolēs enim & ingenium non intellect⁹ sed corporis ad intelligendū & uolendū dispositiōes, Totū ergo cor

ET AVDIENDA MISSA

pus cum omnibus corporeis & organicis potentis, omnibus interioribus, hoc est, corpus & sanguis, spiritus & spirituum claritas, cum ingenio & indole, ut sola imago interior homo mere inorganicus servaret, perfecte traditum & derelictum ut perfecte pateret, sed non derelictum ut vinceret. Quo perfecte est hostia in odore suavitatis, uniuersae spectantur & probantur trinitati, traditum pro nobis ad tempus, sed in eternum datum nobis. Et quanto magis traditum ac derelictum pro nobis, tanto magis datum nobis. Et ut eternae donationis non parua haberem cautio nem, datum etiam nobis in sacramento, nec imperfecta aut incompleta donatione sed quae perfecte traditur, tam etiam integre datur nobis in sacramento. Et ut sentias quato, puertu, considera primo quata caritate, quata facilitate, quata liberalitate, quata comoditate, quata dignatione. Quid cari quae semp presentem esse. Quid facili quae id uerbo efficere. Quid liberali quae seipsum dare. Quid comodus quae p pane similitudine & uinu limphatu. Quidque dignati quae ut oibus puulor necessitudinib psto assistit. Quid ergo tanta caritate, tanta facilitate, tanta liberalitate, tanta comoditate, tanta dignatione pstitit. Perfecto etiam sumo puertu, & si non sentiamus, licet amanti prima sapiat, sed fructu amatam trahit.

Quae consideranda nobis in sacramento eucharistiae & data sunt, & quae eius affectus attendendus. Ca. XXII.

Utergo in eucharistia, donum liberalitatis, preceptum aequitatis testimonium ueritatis. In dono liberalitatis, affectus donatoris, effectus uel magnitudo muneris, defectus donatorij uel necessitas eius. In precepto, aequitas, facilitas, felicitas. In testimonio ueritatis, autoritas & grauitas dicentis, conueniens congruentia dictorum, claritas & euidentia ueritatis. Item affectus integer, effectus hilarius, effectus beneficus, honorificus, beatificus, defectus subiectorum necessitati debitorum naturae caretionis, difficultati decernendi, eligendi, exequendi, agendi, paciendi. Vanitati, stulticiae, nequiciae, maliciae. Debemus deo quod decet, precipit, possumus. Decet equa beneficis, sancta officijs, digna maiestati. Praecipit uniuersam legem aequitatis, honestatis, caritatis. Possumus obseruatiam, diligentiam studium, possumus uacationem, obseruationem, studium

## DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

Debemus proximo, caritatem per pium affectum, edificationem & sanctum exemplum, subventionem per necessarium auxilium. Debemus nobisipsis penitentiam impositam uel purum propositum, rectum consilium, salutare studium.

¶ Quanta fiducia fidelibus in sacramento eucharistiae data est & quare nobis datus est. CA. XIII.

**M**agna debet esse fiducia fidelibus omnibus in sacramento eucharistiae, quod propterea datum, ut sciant uotis atque orationibus facilem, qui etiam corporaliter cominus esse uoluit desiderantibus. Is enim ipse adest qui dum in Iudea, Galilea, Samaria clamores orationes omnium exaudivit, petentium lacrimas miseratus, desideria expleuit, quin etiam ultro non uocatus sepe miseratus miseros consolabatur. Datus ergo ad hoc in sacramento altaris per officium sacerdotalis ordinis. Datur & pietati fidelium etiam corporaliter praesens, extra eucharistiam & absque spectibus panis & uini quando datur credentibus in eum. Si enim nono uitam habet qui non carnem eius manducat & non bibit sanguinem eius. Et credens in eum habet uitam eternam, oportebit necessario confiteri, omnem credentem manducare carnem eius & bibere eius sanguinem. Et aliquanto saltem in eo fecundior est communitio pietatis, quam ordinis, quod haec & manducat & bibit. Illa quantum est in laicis manducat solum, nisi quia felici hauustu suppletur pace pietatis, illa tempore & loco alligata, certis tantum personis permessa, formam seruare cogitur. Haec de corde puro fide non ficta, nullam etatem, nullum sexum, nullum genus respuit, omni loco, omni tempore commoda est. Illa sepe damnosa, sed haec semper fructuosa & salutaris.

¶ Quod saltem oportet accedere ad sacramentum cum primo gradu, id est, commemoratione, & si non iudicat, saltem commemoret necesse est, & quod etiam commemorando corporaliter manducare potest, CA. XIII.

186  
ET AVDIENDA MISSA

**D**ominus Iesus quando dixit, quocumque feceritis, in meam facite commemorationem, non dixit, in meam considerationem, aut meam dijudicationem aut meam ruminacionem, aut in meam desiderationem, sed solum qui primus gradus est, in meam commemorationem. Quoniam qui ita facit ut ne meminerit qui dem, consultius non fecisset. Comemoratio igitur fructus est manducatis & bibentis, immo vere manducatis est argumentum. Dicit enim. Ubi cumque fuerint duo congregati in nomine meo, illic ego in medio illorum sum. Quero hoc propter quid ipse in medio, an quia duo congregati sunt: Absit, multorum enim congregaciones & conuenticula odiosa deo, ut qui conueniunt in unum conspirantes aduersus dominum & aduersus Christum eius, non in suo nomine, sed aduersus nomen eius. Nomen ergo suum est, propter quod in medio illorum est. Ubi cumque ergo nomen eius benedictum ex hoc nunc & usque in seculum, laudabile ab ortu solis usque ad occasum, etiam quantumlibet solitario & sequestrato, uere illic ipse est, non solum diuinitate presentis & beniuolentia, sed etiam corporaliter presentis, per uniuersalem beneficentiam, uirtutis, artis & ubertatis uniuersae quae collata est carni & sanguini, ut ueresit commemoranti uaticum in omnem usum necessitatis, antidotum uenenis, unguentum vulneribus, lauachrum sordibus, operimentum nuditati, ornamentum feditati, panis uitae & omnis uitae, panis esurienti, uinum leticiae & alacritatis omni sitienti. Non hic dico datum cuiuslibet homini Christiano ut possit cum uelit sacramentaliter per eucharistiam habere presentem, hoc cum solis datum est sacerdotibus. Sed hoc dico uere presentem commemoranti nomen eius, uere presentem dominum Iesum, non sola deitate sua, sed & carne sua & sanguine & humanitate tota. Quis enim dubitabit corporaliter sepe presentem dominum Iesum suis fidelibus in eorum agonibus, non propter hoc dimisso in caelestibus concessu ad dexteram patris, Quis dubitabit ita posse hoc simul tempore fieri

DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

extra eucharistiam sicut in eucharistia? Quis ad singulos p  
 quib<sup>9</sup> passus est, non humano dico sed materno quin & ma  
 tricio eū flagrare affectu. Quod si Paulus iter<sup>9</sup> parturiit in  
 uiscerib<sup>9</sup> caritatis donec formaretur Christ<sup>9</sup> in eis. Christus  
 dominus amoris Magister & exemplum non amabit: Quod  
 si amat, mō corde alienus erit hijs quos amat? Quod si corde  
 proxim<sup>9</sup> ad eo ut eis pregnet, parturitat, lactet, nutriat. Et or  
 dini sacerdoti sepe polluto, corrupto & blasphemio, certam p  
 sentiam contulit, suis desiderijs, suis amoribus, suis studijs nō  
 contulerit. Contulit ergo laudabili nomini suo a solis ortu  
 usq<sup>3</sup> ad occasum in omni loco. Contulit nomini ei<sup>9</sup> bñdictio  
 in omni tpe, quia ex hoc nunc & usq<sup>3</sup> in seculū. Et quid cō  
 tulit nomini suo benedictio? Vt quicūq<sup>3</sup>, ubicūq<sup>3</sup> quis in suo  
 nomine sui cōmemorationē fecerit, ipse corporaliter p̄sens  
 in medio cōmemorantis sit, quemadmodū cōmemorans in  
 Christo, ut quicūq<sup>3</sup> Christus ipse per interiorē hominem in  
 Christo semper Christ<sup>9</sup> rotus exteriore & interiore homine  
 illi corporaliter p̄sens est, uirtute gratiæ carismatū, arte sapiē  
 tiæ ubertate liberalitatis. Quæ humana colloquia, q̄ librorū  
 lectio, aut æquū fructū cū sacro sancto ac bñdicto hoc nomi  
 ne poterūt cōparari? Oia sterilia sunt, nisi quātū nomini sa  
 cro sancto cōgruūt ac cōferūt. Magna proinde negociatio  
 meditantium, cogitantū, q̄rentiū, ruminantiū, gustantiū, esur  
 entiū, cōcupiscentiū, anhelantiū, amantiū, amore languentiū,  
 languore deficientiū, qui hijs in omnē usū oīs uirtutis oīs ar  
 tis & oīs ubertatis dat<sup>9</sup> est. Nō hac mea sententiā me puto er  
 rare, si tñ erro, parui pēdo errorē q̄n pietatē generat, q̄ i fructu  
 oīa nō erit, scilēs q̄ magno fructu negociabor nomē ei<sup>9</sup> com  
 memorādo, sicut nec Paul<sup>9</sup> abiecit occasiōē q̄ Christ<sup>9</sup> ammi  
 nis traba. Magna inq<sup>3</sup> negociatio est, q̄bus ad manū est, p̄lē  
 tem habere cū uolūt oīpotentē amatorē, q̄ quia amator est ac  
 talis amator, omniū illorū uoto morē gerit. Et q̄ oīpotens p  
 omnia morē gerere nouit & potest. Ipse deus, ipse sacerdos,  
 ipse adolens, ipse incendens, pacificans, sacrificans primicias,



DE SACRAMENTO EUCCHARISTIÆ

¶ Quod quia per esum lapsi sumus, congrue in reparatiōe per esum restituimur & quod dominus Iesus calicem bibit quem optabat.

CA. XXVI.

**I**N ritu sacrificiorum fere semper esus & refectio cōiuncta cum oblatione. Et ideo christianis summū sacrificium in esu. Et dominus Iesus calicem bibit, quē obtulit in odorem suauitatis. Et congrue hoc in reparatione, quia per esum lapsi. Præterea uita animæ & nutrimentum amor est. Sed in nullo ita amor relucet sicut in contemplatione corporis & sanguinis Christi, ubi pater dedit filium, quem sicut se dilexit. Et si decuisset, se potius dedisset, similiter & spiritus sanctus. Tant⁹ igitur amor ualde pascit bene estimatus. Est igitur hoc sacramentum cibus & potus balsamum & tyriaca omni congrua morbo. Quod spiritualiter sumere, est illud digne reuoluere & estimare, secundum praxim & modum, quo desiderium & amor magis succenditur. Et sic Antonius & illi Macharij solabant. Et pie credendum est non modo tunc adesse dominum Iesum spiritualiter, sed & corporaliter, magis secundum illud quod supra. Vbi duo uel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorum. Et non est inconueniens quia si sacramentaliter est in pluribus locis sub duplici miraculo, amplius potest sine miraculo, imo & nostra poterūt post resurrectionem sicut angelis modo. Erit enim corpus nostrum configuratum corpori claritatis eius. Et una anima quæ hic manum subleuat, illic deprimat. Angelus meus adest mihi, suadet aliū contra me. Dominus Iesus apparet sanctis non creditur reliquissedexteram patris, nec iam angelo apparet.

¶ Propositiōes ex euangelio de corpore & sanguine domini, & quomodo sumendū, & quo fructu sumentium, & de ueritate eius.

Ca. XXVII

VE  
Sp  
Sp  
rell  
Et  
Sp  
Nou  
g  
Qui  
Om  
sed  
Om  
Nil  
non  
Qui  
gu  
Ego  
Erg  
Om  
&  
Nemo  
com  
Om  
Non  
Ule  
Cred  
Om  
Qui  
Prop  
ei  
Abie  
vult  
Et  
Et  
Habe  
ergo  
Relu  
Om  
tris

ET AVDIENDA MISSA

**V**erba que egolocusus sum uobis, spūs & uita sūt, hoc est, spūaliter & non carnaliter intellecta uitam prestant, Spūs enim uiuificat interiorē hominē, & carnalis in relectus ad hoc non prodest quicquid.

Et quia quidam ex uobis carnales sunt, iam non credūt

spūaliter uiuificantibus uerbis.

Noui a principio qui sint non credituri, & qui me tradituri post quod crediderint.

Qui credit in me habet uitam æternam.

Omne habentem uitam æternā ego resuscitabo eū in nouissimo,

sed ad altiorē uitā, & in cuius cōparatiōe hæc interim uita mors est.

Omnis uidens filiū & credens in eum, habet uitam æternam.

Nisi manducaueritis carnem filiū hominis & biberitis eius sanguinē non habetis uitam in uobis.

Qui credit in me non sitiet aliquando, ergo credere est bibere sanguinem eius.

Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me non esuriet aliquando,

Ergo uenire ad eum est māducare.

Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, Ergo manducat carnem

& bibit eius sanguinem.

Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit illū, Ergo trahēte patre cōeditur & bibitur, Trahi audire & discere est nimirum.

Omnis qui audit a patre meo, & discit ab eo, uenit ad me.

Non quod patrem aliquis uidit, nisi qui est a deo hic uidet patrem,

Ille uidet cui narranti credimus.

Credens haurit uerbum annunciantis & pascitur ab illo,

Omne qui uenit ad me non eiciam foras.

Qui uenit ad me non esuriet aliquando,

Propter incredulitatem dixi uobis, nemo potest uenire nisi fuerit ei datum a patre meo.

Abierunt ergo multi retro quia non crediderunt, Nūquid & uos uultis abire non credentes?

Et Petrus ad quem ibimus, uerba uitæ æternæ habes. Iuxta, I, & II.

Et nos credimus & cognouimus quia tu es Christ⁹ fili⁹ dei uiuī.

Habetis ergo uitam æternam, Iuxta quintā & sextā, Manducatis

ergo carnem filiū hominis & biberitis eius sanguinem.

Resuscitabit ergo uos in nouissimo die.

Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, Et hæc est uoluntas patris mei qui misit me, ut omne quod dat mihi pater, non perdam

## DE SACRAMENTO EUCCHARISTIÆ

ipsum, sed resuscitabo in nouissimo die.  
 Hæc est uoluntas qui misit me patris, ut ois uidens filiũ & credẽs  
 in eũ, habeat uitã æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die.  
 Descendi de celo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatẽ  
 eius qui misit me, ut scilicet ueniant ad filium, nõ pereant, non per-  
 dantur, sed uitã habeant in eum credentes.  
 Filius hominis dat cibũ manentem in uitã æternã, nisi credideritis,  
 non habebitis uitam in uobis manentem.  
 Ego sum panis uiuũ, si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternũ,  
 & panis quẽ ego dabo caro mea est, quã ego dabo p̄ mundi uitã.  
 Hic est panis de celo descendẽs, ut si quis ex hoc manducet nõ moriat̃.  
 Quia si non manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eiũ san-  
 guinem non habebitis uitam in uobis.  
 Qui manducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinem habet uitã æter-  
 nam. Et ego resuscitabo eum.  
 Caro mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus, qui mandu-  
 cat carnẽ meã & bibit meũ sanguinẽ in me manet & ego in eo.  
 Accipite ergo & manducate ex hoc oẽs, Hoc est corpus meũ, Hoc  
 quocienscunq; facitis in meam facite commemorationem, diligẽter  
 coglyderantes quæ apposita sunt uobis, dijudicantes corpus do-  
 mini traditum pro uobis, & mortem domini annunciate, quia mã-  
 ducando, commemorando, considerando, dijudicando, ruminãdo,  
 gustando, esuriendo, concupiscendo, desiciendo, estimando, aman-  
 do, amore languendo uiuificabimur, roborabimur, inflamabimur  
 in deum uiuum, ut maneamus uiuamus in deo.  
 Ego sum resurrectio & uita qui credit in me etiam si mortuus fue-  
 rit uiuet,  
 Et qui uiuit & credit in me non morietur in æternum. Ergo credẽ-  
 do in eũ comedẽt & manducat caro eius & bibitur sanguis eius.  
 Quia nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eiũ san-  
 guinem non habebitis uitam in uobis.  
 Credendo autem in eum, etiam si mortui fuerint, uiuent & non mo-  
 rientur in æternum.  
 Quia iustus ex fide uiuit, non ex pane sed ex uerbo procedente ex  
 ore dei.  
 Hoc uerbo uiuificat credentes, purgat proficientes, quia fide pu-  
 nificat, corda eorum mundificat, amantes lauat mundat, Amantes  
 delectat, inflammat perfectos. Amen.

Quer  
 re in  
 &  
 O  
 Si  
 operti  
 Et quis  
 niorum  
 hunc mo  
 quando  
 sed ut  
 rentur  
 Hoc scilicet  
 Nolle ig  
 rari cibum  
 Hæc enim  
 & credit  
 lmo die  
 Quõ ig  
 secundar  
 lumen or  
 celsentẽ  
 est. Nou  
 gylabim  
 Huius u  
 Amen dic  
 Ego sum  
 igitur, e  
 in uia  
 Magis  
 Patres u  
 Interiori  
 Hic est p  
 Et quis ex  
 Ego sum  
 Si quis

189  
ET AVDIENDA MISSA

Quomodo operamur cibum qui non perit. Et q̄ crede  
re in Christū sit op̄ cibi nō pereuntis. Et credēs uiuit  
& fide uiuens resuscitatur in nouissimo die.

**O**peramini cibum qui non perit. Nota uerba. Operamini  
cibum. Et subdit qualem cibum debeāt & uelit eos ope  
rari. Cibum scilicet qui manet in uitam æternam, quem  
filius hominis dabit uobis, hūc enim pater signauit de  
Sigillo ergo patris, operamur cibū. Sed quō poterimus  
operari sigillo nisi negociādo in sigillo penes legitimū usū sigilli.  
Et quis usus in sigillo legitim⁹ nisi crederet p̄pterea sigilla testimo  
niorum loco adhibentur, ut eis tanq̄ testimonio fidei fidatur. Et ad  
hunc modum licet non ex integro etiam turba uidetur intellexisse,  
quando respondit, querens quid facerent ut operarent opera dei,  
sed ut clarius cognoscerent, liquido explanauit, quomodo opera  
rentur cibum non periturum.

Hoc scilicet esse op̄ dei, ut crederent in eum quem de⁹ misit,  
Nosse igitur deum, & quem deus misit Iesum Christū, hoc est ope  
rari cibum qui non perit.

Hæc enim est uoluntas eius qui misit me patris, ut oīs q̄ uidet filiū  
& credit in eū habeat uitam æternā, Et ego resuscitabo eū in nouis  
simo die. Jam credit & uitam habet.

Quō igit̄ ad uitā resuscitabit, nisi p̄sens hæc fidei uita, mors q̄dā ē ad  
secundam uitā cōparata. Lumen lucernæ, lux quædam est. Sed ad  
lumen orientis luciferi, tenebræ, Et lumen orientis luciferi, ad illu  
cescentē diem tenebræ est. Et illucescens dies ad ortum solē tenebræ  
est. Nouissimus autem dies perfectissimæ lucis erit. Ad quā cū eui  
gilabimus, uelut a morte resuscitabimur.

Huius uitæ parua quædam sementis est fides credentium,

Amen dico uobis, qui credit in me habet uitam æternam,

Ego sum panis uitæ.

Igitur, credendo in eum operamur cibum qui non perit, interim  
in uia magis.

Magis autem operabimur, uidendo estimando, &c. in patria,  
Patres uestri manducauerunt manna & mortui sunt, Quia non ut  
interioris hominis refectiōnem manducauerunt.

Hic est panis uiuus de celo descendens,

Si quis ex ipso manducauerit non morietur,

Ego sum panis uiuus qui de celo descendi.

Si quis manducat ex hoc pane uiuet in æternum,

## DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE

Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita.  
Amen amen dico uobis, Nisi manducaueritis carnem filij hominis  
Et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis.  
Quia anima in sanguine eius cum omni plenitudine sanctificationis  
eius informat sanguinem sicut carnem, quia sanguis de ueritate substā  
tia hominis uti caro.  
Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem hic habet uitam eternam  
Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Igitur adhuc aequaliter ia  
centem & pressum.  
Caro enim mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus.  
Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet  
& ego in eo.  
Si enim esuriens & sitiens plenitudinem gratiae & ueritatis anhelet,  
Sed qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulare.  
Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem.  
Et qui manducat me, & ipse uiuet propter me.  
Manducat qui gustat quoniam suavis est.  
Sic manducauit Magdalena quoniam sedebat ad pedes Iesu.  
Quoniam primo multum dilexit, Quoniam & unguens, bonum operum operata est.  
Flagellis eius flagellata, opprobrijs eius exprobrata,  
Iesu plus quam si ipsa exprobrata fuisset.  
Vulncribus eius concrucifixa. Morientiamaro luctu commortua.  
Mortis uictori congaussa, Tripudians triumphatori.  
In omnibus his manducauit carnem filij hominis.  
Et bibit sanguinem eius, & propterea uere uiuit in aeternum.  
Sic participare corpori & sanguini. Hoc manducare est magis quam  
si decies millies eucharistiam ad altare de manu sacerdotis arido corde,  
frigida uoluntate, licet etiam in statu salutis capiamus.  
Qui enim plus amat, ille plus operatur cibum qui non perit.  
Sicut enim uita interioris hominis in sapientia, gloria & caritate, sic  
necessario talibus nutriatur oportet interior homo  
Ex eisdem enim sumus ex quibus nutrimur.  
Sed quoniam ad perfectam sapientiam, gloriam, & caritatem, nobis nulla ue  
ra uia est, nisi per sapientiam gloriam & caritatem, quam dominus Iesus in  
carne monstrauit. Ideo nisi carnem filij hominis manducemus, non ope  
rabimur cibum qui non perit, ne habebimus uitam in nobis.  
¶ Quod uerba metaphorica eandem uim habent amplia  
tiam quam propria, & quae in omnibus operibus dei phi  
losophantes pascamur. **Ca. XXIX.**

190  
ET AVDIENDA MISSA



Verba methaphorica habent eandē uim ampliatiuā  
quam uerba propria. Vnde quando dicit Paulus,  
Patres nostri eandē escā manducauerunt, transi-  
mit māducare, spiritualiter affici. Vt quia hoc mē-  
tale est, ampliat ad alternas differentias temporum. Nam cor-  
poraliter, quod nondū erat manducare non poterant. Igitur  
hodie etiā laici bibūt omnes sanguinē domini. Nā si patres  
eundem potū spiritualem biberunt, multo euidentī<sup>9</sup> isti nūc  
bibunt. Quod si apertos haberem<sup>9</sup> oculos, manducarem<sup>9</sup> nō  
solum carnem, biberemus non solum sanguinē filij hominis,  
quæ sunt in magnis operibus dei digna cōmemoratio consi-  
deratio di iudicatio collatio uacatio uisio gustatio desidera-  
tio, sed in omnibus operib<sup>9</sup> dei philozophātes pasceremur,  
ut & ferrum & sabulū & saxa manducaremus. Dicit enim a  
perte Ioannes, omnia per uerbum facta. Et quod per uerbū  
increatæ sapientie factum, in uerbo uita erat, est lux hominū.  
Quod ergo res facta per uerbum non solum digna ut fieret,  
sed sublimis adeo in uerbo, ut cognoscentē in uerbo uiuifica-  
ret, & sapientialiter illuminantis quia uita erat lux hominū.  
Ad hanc oculorum apertionem non pertingit naturalis illa  
mentis latitudo quæ creaturas duntaxat in seiphs cognoscit.  
Est ergo hæc oculorum apertio duplex. Quædam in spiriti-  
bus beatis corpore interim solutis, quorum naturalis latitu-  
do multum eleuatur in cognitione rerum in uerbo. Altera  
quæ in resumpto corpore cōformato corpore claritatis Iesu.  
In omnibus igitur mel de petra & oleum de saxo & manna  
super faciem terre & uinum reperire est, si tamen sit qui aper-  
tos habeat oculos & ardentē uoluntatem. Si enim inuisibilia  
dei per ea quæ facta sunt intellecta Philosophi steriliter con-  
spexerūt, iesuni remanentes, quare non per eadem prudēs &  
fidelis seruus eundem deum dominū patrem inueniet, adeo  
patrem ut in filium adoptet. Sese ergo patrem dat & eternum  
filium in fratrem, & spiritum sanctum in donum amoris effu-  
si, ut merces, ut cib<sup>9</sup>, ut epulū, ut libamē, ut uinū, ut et esau<sup>9</sup>.

g iij

## DE MAGNITVDINE

Ut regnū, ut spōsus, ut uita, ut alacritas, ut gaudiū, ut leticia,  
 ut exultatio, ut beatitudo nra ipse sit. Amor noster i deū hęc  
 oīa nobis de deo nro cōficiet. Imo qd nō apertos habēti ocu  
 los ad cumulū diuitiarū datū est, qn̄ necessitates egestatis in  
 firmitatis corporalis nuditas & oīa famis, sitis, lassitudinis in  
 strumēta sunt sapientię & iusticię. Semp em̄ alius nobis ne  
 cellarius, ut meminerim⁹ spm̄ uite petēdū, Semp nuditas in  
 decora. Semp pānositas uerecūda, semp fames, semp sitis, mo  
 lesta semp lassitudo, semp uigilia, semp egritudo, quo monea  
 mur, panē, uinū, panē sapientię salutatis, decora indumenta,  
 uinū spūalis iocūditatis, beatū somnū & requiem in amplexu  
 spōsi petere. Nō igit̄ hęc nobis tormēta inflīta, sed inflīta  
 monumenta sunt, si sapim⁹ ut quotiens ista patimur, totiens  
 uerōz bonorū petēdorū recordemur. O sapientia q̄ de occul  
 tis erueris q̄ paterne irasceris, hoc uere est patrē esse ut inter  
 irascendum hereditatis auxilia tribuas.

F I N I S

Sequuntur quaedam collecta ex sacra scriptura de magni  
 tudine passionis dñi Iesu Christi eiusdē M. V. uelēll.



**M**AGNA gloria regni, magna gloria regis,  
 magni amoris argumenta.

Oportebat Christum pati & ita intrare in glo  
 riam suam.

Passio uia gloria.

Regnum amoris amantissimum regem. Regis corona uni  
 cus amor. Corona regis gloria eius. Vnica corona, uia uni  
 ca. Summæ coronæ, summa uia.

Non solum regis gloria, sed & sacerdotis. Iuxta illud. Ve  
 sciat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit  
 mihi pater, sic facio incensum obedientiæ.

Argumentum grande dilectionis diuinæ, tradentis unigeni  
 tum filium. Traditio ergo metitur dilectionem.

PASSIONIS

Obstructū oportet procacissimorum demoniorum os loquentis  
iniqua, euidenti ueritate conuictorum, confiteri coactorum,  
quia dñs Iesus in gloria est dei patris.

Quanta necesse fuisse amoris argumēta, tum in patrem, tum  
in fratres, q̄ euidēter cognita, q̄ talē cōfessionē a tam dura  
ceruice extorqueant cōtra tantā inuidiā & crudelitatem.

Quanta necesse fuisse argumenta caritatis & amoris, quātā  
fortitudinem intrans ad gloriā, qm̄ cōprehensores ange-  
li superiores, eam soli deo tribuerunt in p̄slio.

Propterea glorię regem superiores angeli, scissitatib⁹ ac per  
hoc inferioribus, q̄s est iste rex glorię: respōderunt, quia for-  
tis & potens in p̄slio.

Magna igitur uictoria p̄slium, fortitudo, gloria.

Gloria magna proprię conscientię conscie sibi, de perfecta  
hostia & uictima.

Gloria pacatę iusticię dei. Gloria digni sacerdotij.

In has glorias paciēdo intrauit, & ita oportuit eum intrare.

Quātuserat caritate, tātus fortitudine. quāt⁹ fortitudine, tā⁹  
uictoria. quāt⁹ uictoria, tātus p̄slio. quāt⁹ p̄slio, tā⁹ passiōe.

A glia regis detractat, q̄ de obediētia altissima, q̄ de passiōe  
acerbissima, q̄ de uia glie rectissima, q̄ de p̄slio detractat.

Indigne laudat ociosa fortitudo, ociosus amor, ociosum sacer-  
dotiū. Q̄ nō solū cōphēsores, uerū Seraphini p̄os altius &  
ardētus inflammādo instaurat per p̄slium crucis.

Q̄ oib⁹ dei donis calix ille, digna gratitudinis retributio.

Non potest Agnus agnino more & legibus pugnare cum  
leone uel dracone, nisi paciēdo. non uincere nisi fortitudi-  
ne. Agni fortitudo paciētia. Ad hanc sententiam Thereph

datum in memoriā mirabilium dei. Est autē Thereph mortici-  
nium a bestia interemptū, de quo ut in de sacramēto altaris.

Mirabilis igitur sanctis & beatis omnibus illa uictoria, mi-  
rabile quod intellectum superat.

Circūdederunt me funes inferni. psalmo. xvij.

Torrētes diaboli terruerūt me. Funes inferni circūdederūt me.

## DE SACRAMENTO EUCCHARISTIAE

Liberauit me de aquis multis ab inimicis meis potentissimis  
ab hijs qui oderunt me, quoniam fortiores me erant. Fortio-  
res agno dracones leones potentissimi.

Ista non David fili<sup>9</sup> Ysai, sed qui ereptus de contradictione  
populi, constitutus in caput gentium, & caput anguli. Cui  
seruiuit populus nesciens, obediens auditu auris mera fide.  
Et propterea deo in gentibus confitetur.

Mortem corporalem Codrus Decius pro populo, Piramus  
Tilbe pro mutuo, Pilades hortestes Damon Phiti<sup>9</sup> concerta-  
tes morte sua mutuo seruare uices. Et inde coniuges commu-  
ne maritibus tum victoria possunt.

Nulli horum certa festina resurrectio, Ieta eterna gloria, eter-  
nus beatus amor suorum in se, & eternum beatum gaudium.  
Horum si aliquid Codrus aut Piramo pro nihilo habuissent  
mos.

Mundus tot<sup>9</sup> obediētia filij primogeniti graue pondus, &  
efficax argumentum sciendi dilectionis eius, in patrem talem  
filium tradentis in mundum amorem sciendi.

Manifeste Paulus causaliter arguit, propterea Christo datum  
nomen super omne nomen, quia obediens deo patri usq; ad  
mortem, mortem autem crucis, id est, altissimae obedientiae  
profundissimae humilitatis, ardentissimae caritatis, fortissime  
patientiae.

Passio causa nominis & gloriae super omne nomen & su-  
per omnem gloriam.

Item praconiū illud, Propter mansuetudinem & ueritatem  
& iusticiā ideo deducet te mirabiliter dextra tua, Tanta igit  
mansuetudo & ueritas in iusticia holocausti, ut eternis in celo  
annalibus mirabile sit.

Item Venerunt uel intrauerunt aquae usq; ad animam meā.  
Infixus sum in limo profundi, nec est substantia. Veni in  
pfundum aquarum & tempestas demersit me. Defecerunt  
oculi mei sperare in dominum.

Et qui sine causa oderunt me multiplicati sunt super capillos

DE MAGNITVDINE PASSIONIS

capitis mei confortati sunt persequentes me,  
Item plena uictoria Agni, plena confusio Draconis. Sed  
quò confusa nequitia nisi uicta, quò uicta nisi effusa, &  
prorsus confusa, necessario prorsus effusa.

Iniquitas Draconis & basilisci in Agnum, est iniquitas  
super iniquitatem primā ruine cadentis de celo profun-  
dius hic ad fundamenta laci cadens.

Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias la-  
tronis. Verba labiorum dei, uerba magni consilij, quæ  
nemo nisi magni consilij angelus nouit, nemo implet nisi  
ipse qui uias latronis.

Magnitudo testamenti.

Perfectus pavor.

Perfectum tedium.

Perfecta tristitia sanctæ animæ usq; ad mortem.

Vera, iusta, sancta querela perfectæ dilectionis a deo,  
quoniam noluit ut ardor amoris mitigaret acerbicatem  
doloris & meroris.

Item Ex magnitudine meroris Mosi & Pauli uolentis,  
optantis anathema fieri, deleri de libro uitæ.

Omnipotentia uolentis perfecte pati, nihil igitur ardor  
caritatis mitigauit ab acerbitate doloris & meroris.

Satiata est anima mea malis, psalmo. lxxxvij.

Estimatus sum cum descendētib; in lacum, quando  
a patre, a seipso, a spiritu sancto ad hoc percussus, male-  
dictus, traditus, derelictus ut ad amaritudinem descen-  
dentium in lacum.

Super me sustentata ira tua, hic gradus.

Omnibus fluctibus tuis afflixisti me. Omnibus igitur  
fluctibus calamitatum & afflictionū, hic numerus.

Pauper ego & erumnosus, uir calamitosus ab adolescen-  
tia mea portauit furorem tuū, & conturbatus sum.

Inde baptisimus angoris coartantis eum in & ab utero

DE MAGNITVDINE

matris usq; traditum & commendatum spiritum.  
 Exinanitio mendicantis ab angelo confortationē posse  
 pauorem, tedium, tristitiam animæ usq; ad mortē, post  
 luctam agonem, post sudorem sanguineum.

Naturalis in Christo amor sui maximus, caritate del re  
 gulatissimus, noluit mitigare acerba, incendit secundi  
 tatem acerborum.

Concitauerunt in Christo affectiones merorē nō amor  
 & caritas dolorum mitigationem. Vnde uoluit hunc  
 sterilem illie secum omnem naturā creaturarum, sicut igni  
 nis in fornace Babilonis.

Item Ex magnitudine redemptionis, magnitudo præcij  
 redimentis, magna sapientia estimantis & compēsantis.  
 Magnitudo amoris quo sese Christus amauit iuste ac  
 sancte, plusq; uirgo mater & omnis ecclesia sanctorum.  
 Iustum illi & nobis amare quos deus tantopere amat.  
 Amor sui, quanto maior tanto sanctior, si deo incensū  
 adoleatur.

Perfectus amor sui, in Christo perfectum incensum  
 deo per caritatem oblatu est.

Item ingens dignitas agni occisi, qua per occisum se dig  
 nus habitus accipere librum de dextera sedentis & ape  
 rire solus signacula septem.

Item Perfecta salus perfectam redemptionē. Igitur per  
 equum aut amplius. Igitur per obuiam equam uel am  
 pliorem in obuia omniū usq; ad mortem.

Item Quod sacrificium iustitiæ dicitur.

Item Quod sacrificium iustitiæ oīa uincula debitorū fu  
 stitiæ dissoluit, imo dirupit.

Item Perfecta gloria perpetuis illie annalib<sup>9</sup> recolenda,  
 quoniam quē semel regem gloriæ semper eundē & regē  
 gloriæ glorificabū angeli, homines beati, mater regina,  
 rex ipse deus.

193  
PASSIONIS

Corona regis unica, perfecta corona glorię perfectę  
Item perfecta cena nuptialis perfectę nuptialis iter uer-  
bum & assumptam carnem ex qua gignit filios in dolo-  
re matris & sponsę secundę.

Item Non est nobis colluctatio aduersus carnē & san-  
guinem sed aduersus spiritualia nequicę in celestibus.  
Igitur magis regi glorię forti in prelio.

Huc accedit aduersari⁹ diabol⁹ tanq̄ leo rugiens circuit  
quærens quem deuoret.

Sedet in insidijs q̄si leo & q̄si leo cōtriuit oia ossa mea.

Itē Sagittę tuę infixę sunt mihi.

Et ego in flagellis paratus sum.

Domina⁹ uoluit conterere eum in infirmitate.

Itē Perfecta obediētia melior oib⁹ alijs aliorū uictimis.

Itē plij magnitudo, uictorię magnitudo, uirtutis mag-  
nitude, glorię magnitudo, triumphij magnitudo. Et ois  
hęc uictoria in patientia agnī.

Ex oī circumstātia passiōis paciētis p̄cipiētis p̄cipiētis.

Itē perfectū exemplar ois edificij spūalis. Igit̄ perfectum  
exemplar dignū exemplar ois perfectę patientię, ois  
perfectę fortitudinis. Igitur ois patientię Lazari, Iob,

Pauli & ois tribulationis inligendę, perfectū exemplar.

Itē p̄ceptū edificāti, oia facere secūdū exēplar. Ois igit̄

paciētia oim sc̄ōrū, iuenit sibi exēplar. obediētia ois obe-

diētę, agonia ois agonię exēplar. uictoria ois uictiōis exēplar

Itē perfectū exēplar in oī oim tētatiōe, quia tētātū per

oia p̄ similitudine absq̄ p̄cō, & ita tētātū q̄ tētatis oibus

in omni genere tētationū dignū exemplar p̄ponatur.

Perfectus p̄uor, meror, angor, perfecta derelictio.

Euidens intuitiua cognitio perfectōrū horū, nō solū an-

gelis beatīs, sed omnib⁹ demonibus. Euidens intuitiua

cognitio mentiri non potest, neq̄ mendax esse, etiam li-

cet uidentis peruersa uoluntas contra molliatur.

## DE MAGNITVDINE

Perfecta lex, perfectus mos Agni, perfecte solutus Dra-  
co cū uniuersa cohorte, perfectum odium & perfecta in-  
uidia.

Perfecta hostia, perfecta uictima, omnium hostiarum &  
uictimarum exemplar.

Iusta, sancta, digna querela dilectionis;

Tristitia animæ usq; ad mortem.

Impropriū contriuit cor meum & miseriam. **Quid**  
hoc impropriū nisi quod a procaci tentatore obijci  
posset nisi perfecte euidentialiter intuitiue uicto, hoc im-  
propriū perfecte obstruētū, perfecte cōtriuit cor agni.  
Perfecte confutatū impropriū procacis & obstruētū  
os loquentis iniqua. Eodem modo obstruitur os loquē-  
tis iniqua, confutatur impropriū, replentur ora canē-  
tium gloriam regi gloriæ.

Item Effusi amoris magnitudo.

Item Gloria super omnem gloriam, data propter obe-  
dientiam super omnem obedientiam.

Perfectæ fraternitatis odor incēsi. Igitur obedientia, hu-  
militas & patientia, sicut caritas, perfectissima prompti-  
tudo.

Perfecta uia accedendi ad deum, quia perfectum incen-  
tium & incendium amoris.

Plus passus Agnus q̄ possint redempti gratias referre,  
etiam nunc in patria.

Plus passus sponsus q̄ possit sponsa amando equare,  
etiam in thalamo.

Oportet huius unius summi sacerdotis incensum obedi-  
entiæ & humilitatis, patientiæ & caritatis, magis in glo-  
riam dei & ueram gloriam redū dare, q̄ omnium peccat-  
orum prauaricationem in blasphemiam.

Item Verbum Hieremiæ Threnoz. I. Lamech. O uos  
omnes qui transitis per uiam, attendite & uidete si est

PASSIONIS

Dolor similis sicut dolor meus. Hæc uel capitis uerba sunt & habetur intentum, uel corporis arguitur intentum, quia sponsæ amantis omnis dolor propter dolorē sponsi. Valde cogit uerbū Hieremiæ. xv. Ve mihi mater mea, qui genuisti me uirum contradictionis & uirum discorde omni terræ. Non feneraui, non fenerati sunt mihi uel in me, quoniam omnes maledicunt mihi.

Item Quod dixit. Vt quid obliuisceris me in finem. ubi non solum derelictus, sed & oblitus, & id usque in finem.

Item Psalmo. x. Quare domine stas longè?

Despicis in tempore angustiarum.

Dum exaltatur impius, uritur pauper.

Tenebunt in cogitationibus quas estimauerunt. Ergo uoti cōpotes affluxerunt.

Quoniam laudauit impius super desiderio animæ suæ, ergo cōplacuit in desiderio assequuto.

Auarus benedicens blasphemauit dñm, beatificans se ipsum blasphemauit dñm.

Impius secundum altitudinem furoris sui non requiret.

Erit igitur altissimus furor eius.

Non est deus omnibus cogitationibus eius.

Parturunt uisæ eius in omni tempore.

Altitudo iudiciorum tuorum nō in conspectu eius.

Omnes inimicos suos despiciet, maxime igitur Agnū. Dixit in corde suo, nō mouebor a generatione in generationem sine malo.

Maledictione plenum os eius.

Dolus & usura sub lingua eius labor & iniquitas.

Sedet in insidijs in uestibulis in occulto tanquā leo in tractu suo, Occidet innocentem.

Oculi eius in fortitudinem aspiciunt. Igitur in fortem in prælio.

Insidiabitur in occulto tanquā leo.

## DE MAGNITVDINE

In tractu suo insidiabitur ut rapiat pauperem.

Rapiet pauperem in tractu suo in rethi. Quantum a pietate patet ex consequenti.

Cōfringet, subijcet, irruet in fortitudine sua ualida, uel in fortitudinibus suis ualidis. Et hoc magis propter iohis medium.

Dixit in corde suo, oblitus est deus, abscondit faciem suam, non uidebit in fine n.

Preterea ex psal. lxxxix. Tu reppulisti, piccisti, irat<sup>9</sup> es Christo tuo vulnerasti ad terrā sc̄ificationē eius nezer, lamina sancta in fronte sacerdotis inscripta sanctū dño. Hic dicitur nezer, ubi sanctificationē n̄a translatio, sicut in fine psalmi Memēto, super ipsum autem effloret sanctificatio mea.

Dissipasti oēs sepes ei<sup>9</sup> magis. Dissipasti oēs inimicos ei<sup>9</sup>. Posuisti omnes inimicos eius formidinem.

Diripuerunt uel rapuerunt, uel spoliauerunt eū omnes transeuntes uiam.

Factus est opprobrium uicinis suis.

Exaltasti dexteram hostium eius.

Letificasti omnes inimicos eius.

Auertisti robur gladij eius.

Et non erexisti eum in bello.

Cessasti a mundicia eius.

Et solium eius in terra detraxisti.

Abbreuiasti dies occultæ adolescentiæ eius.

Ad quid domine abscondes in finem?

Exardescet sicut ignis furor tuus.

Eum qui non nouit peccatum, pro nobis fecit peccatū.

Quero quō fecit peccatum, si nō tractauit, sicut nostrū peccatum tractasset.

Pro uobis maledictum factus est. Et quō maledictum si nostra maledictione mitius pertulit.

PASSIONIS

Maledixit Iob diei natiuitatis suæ, hoc est, humanæ diei  
 quæ tota ex maledicto est. Vniuersa enim exilij huius  
 imposita nobis calamitas, licet benedictione misentis  
 dei, salutarẽ usum habeat ut ex fine sancta fit, quãto tñ  
 a beatitudinis benedictione lōginqua est, & p̄p̄ p̄ctm̄  
 reiecta, tãtũ etiã interim sub maledicto est. Et vir sc̄tũs  
 hoc maledictũ paciẽter ferre, a iocq; toto cōsentire, & ira  
 cōtra se sicut i aliã iustã sententiã decernere. Et hoc nõ tã  
 sanctũ Iob fecisse q̄ dñm Iesum, qñ p nobis maledictum  
 nostre natalis diei p nobis fact⁹ est credo atq; cōfiteor.  
 Itē plurimũ ponderandũ uerbũ Iob, quod in persona sua  
 p̄pria uere dicere nõ potuit, p̄pter plurima uerba scrip-  
 turæ in contrarium de flagellis tribulatoꝝ personalib⁹.  
 Capitalis igitur illa calamitas Christi fuit, qua inquit.  
 Vtinam appenderentur tanq; in statera peccata mea quib⁹  
 bus iram merui & calamitas quã patior, uelut arena ma-  
 ris hæc grauior appareret. Peccata eius peccata nostra  
 oim, quia ipse est agnus dei, sponsofactus pro eis tollen-  
 dis interuenit. Calamitas quam patiebatur appensa fuit  
 in statera. Statera crux fuit. Et ubi ueritas huius uerbi p  
 ipm nobis claruerit, & nobis clare apparebit, q̄ lōge su-  
 pra grauitatem arenæ maris calamitas in statera crucis  
 pponderet. Vere q̄ tũc talẽ sponsoꝝ agnũ Iesum non  
 amat, corde durus est, & obdurat car suũ, dignus cui in-  
 dignatus & iratus agnus iuret in ira sua non introitũ  
 in requiem & regnũ agni. Quia q̄ dicit se i Christo ma-  
 nere, debet sicut ille ambulauit & ip̄e ambulare. Et quõ  
 poterit nisi p amorẽ, ut si amat sicut mater amauit aiam  
 amatũs gladius p̄trāsiet. Et hoc signauit Iesus qñ dixit.  
 Qui facit uolũtatẽ p̄ris mei q̄ i celis est, ille mihi m̄, soror  
 & frater est. Et quõ potest inuitatus ad has amoris nup-  
 tias diligẽter cōsiderare appositas epulas, & scire qm̄ ta-  
 lia oportet preparare nisi amauerit. Et si amat iam parat.

## DE MAGNITVDINE

Et sic arguit Paulus, Si Christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, quia qui amat, morienti cōmoritur. Qui amat crucifixum, con crucifigitur. Et qui amat flagellatum, simul flagellatur. Sed oportet amare, alioquin anathema. Hæ sunt multæ tribulationes, uere sanctæ & iustæ, per quas oportet intrare in regnum celorum. Quibus ipse rex disposuit nobis regnum sicut pater illi disposuit regnū. Vt si cōpatimur, cōregnemus. Compassio quadam tantū affectio miserentis, uti sunt quidam non duro corde, qui mouentur si uident Agnū a lupo laniari.

Quædam fauentis, qua meror fautor, si uideat eū cui fauet infausta pati.

Quædam diligentis, qua tristatur, qui dilectum noue indigne affici.

Quædam autem amantis, qua uere cōpatitur cōpatientiam amato. Vere flagellatur cum flagellato, uere crucifigitur cū crucifixo, quoniam amor seuerus est, non conformat sed unit, ut omnia cōmunia sint amantiū, siue crux siue corona. Crucifigitur amor cū crucifixo amato, coronatur & regnat cum regnante. Nec aliter puto beatos regnare, nisi amore regnante in Iesum, uel caritate flagrante in deum uisum regnare.

Mirabile ministerium dominicæ passionis, & mirabiliter minoratus ab angelis, quando ad agonem certaminis & magni prælij rex gloriæ ab angelo qui non ipse robur & neruos habuit, ad prælium illud subeundū confortatus est. Sed ut aliquatenus coniectem in tenebris quæadmodū sapiētior ex occasione nōnunquā sit sapiens.

¶ Sequitur de incarnatione uerbi.

DE  
(De i  
generabilis N



bi passus est  
sacerdos, no  
nostrum fu  
go dominu  
eum sol  
solatio, qu  
men penit  
minus qu  
& qui o  
in ob  
su, pro  
patri ru  
suscitare  
ctos, sub  
uincos  
ditos, p  
tribuat  
mend  
ditus  
possid  
tribue  
est aut

DE INCARNATIONE VERBI

De incarnatione verbi, dulcis tractatio eiusdem generabilis Magistri Vvelfeli.



190  
Ilius datus est nobis. Datus non so-  
lum nobis, sed & traditus pro no-  
bis. Totus nobis datus, totus in no-  
stros vsus expensus, uniuersa opera  
sua operat<sup>r</sup> est nobis, uniuersum  
laborem suum sudauit nobis, uni-  
uersam suam seruitutē seruauit no-  
bis. Natus nobis, ut xit nobis, no-  
bis passus est, nobis mortuus nobis resurrexit. Pro nobis  
sacerdos, nostra hostia, nostra uictima, nostrū sacrificiū,  
nostrum fuit pacificum, nostrum holocaustum. De te er-  
go domine Iesu suppleo, quod min<sup>9</sup> habeo de meo. Imo  
totum sol<sup>9</sup> de tuo, quia nihil habeo de meo. O mirabilis  
solutio, qua & debitor plene & soluitur a debito, & ta-  
men penitus pauper est. Amabilis perinde solutio non  
minus quam mirabilis, qua capitis reus redit in gratiam  
& qui ceruicem debebat, recipitur in amplexus, gladius  
in osculum cōmutatur. Quid retribuam tibi domine Ie-  
su, pro hoc tuo tam fido interuentur? Quid retribuam  
patri tuo, qui te mandauit, tradidit, dereliquit, misit, ut  
suscitares nos a morte, sanares a morbis, quæreres abie-  
ctos, sub prauaricationem uenditos redimeres, solueres  
uinctos, eriperes captiuos, errantes reduceres, saluares pe-  
ditos, mundares sordidos, iacentes sublimares: Quid re-  
tribuam iacens sordidus uenditus in peccatis, uinct<sup>9</sup> in  
mendicitate & ferro, alienatus a uita damnatus in ira, p-  
ditus in miseria. Quid retribuam cuius totum quod  
possideo possum & sum illius a quo est. Cui neq; re-  
tribuere possum, quod non suum est, quod non ab illo  
est, aut quod non ille donauit. Heu mihi. Ingratum esse

## DE INCARNATIONE

non licet. Omnis modis gratias agere oportet, & æquum  
 reddere, uel minima ex parte impossibile est. Ego enim  
 & anima mea tua sunt domine Iesu, uelim nolim gratis  
 hæc accepi, irrecompensabiliter hæc possideo. Et ingratum  
 ista possidere prorsus sacrilegium. Quomodo igitur  
 gratus ero qui immensum debitor sum, & profuse ge-  
 nus, nisi recognoscendo confitendo, in illum, a quo est,  
 referendo, admirando, amando, laudando, glorificando,  
 dulciter gustando quoniam suauis est dominus. Sed ad  
 hæc quis idoneus, quis sufficiens? Nemo sane, nisi quem  
 elegerit & assumpserit, uixerit & sanctificauerit & in-  
 habitare fecerit in atrijs domus suæ, & dignum habuerit  
 fungi sacerdotio in nomine ipsius, offerre illi incensum  
 dignum. Et quo dignificante, nisi spiritu filij. Profecto  
 quos ante uenditos, abiectos, uinctos, perditos, corrup-  
 tos, mortuos lugebamus, iam nunc nulla satis dignitate  
 sublimare & beatificare possumus. Filij dei sunt qui spi-  
 ritum filij acceperunt, quos pater tanto dono sui spiritus  
 adoptauit. In illo spiritu possunt, quicquid posse debent  
 bunt. In illo & per illum perfecti erunt, per spiri-  
 tum patris & filij dei uniuersam uoluntatem patris & fra-  
 tris exequentur, integris partibus in uis dei deum sequen-  
 tes. Dij facti diuinum expedient officium, non tam ipsi quàm  
 spiritus dei in ipsis. Quare tristis es anima mea quare con-  
 turbas me, tamquam perpetuo futurum me deo meo in officio  
 sum debitorem sterilem colonum inexplicabiliter obli-  
 gandum? Spera in deum, specta, speculari, considera, de-  
 sidera, expecta patienter fer, consolare, & gaude interim  
 in spe, nihil ueraris, uides quia factum est. Fuit enim dies  
 in qua multo maximam partem debitorum tuorum cre-  
 ditor tuus dimisit, chirographum deleuit, leges soluit ri-  
 gorem æquitatis relaxauit. Et nunc adest dies quo non  
 solum dimittit, sed quo securior sis, etiã soluat, exoluat

VERBI

& persolvat deus tuus spiritus patris tui creditoris, spiri-  
tus filij fratris tui benefactoris. Spiritus enim ipse inter-  
pellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et quo nul-  
lus pusillanimitati tuæ uerecundiæ tuæ scrupulus relin-  
quatur, aderit dies ille, & certus & citus aderit, quando  
in lumine vultus dei, uidebis lumen & per spiritum ad-  
herens deo, unus spiritus fias cum deo, & tu iam deus fa-  
ctus diuina facultate, reddes deo uota tua, placebunt sa-  
crificia tua, placebunt sublimatori tuo regna tua, place-  
bunt amanti tuo oscula tua. Tunc mirabitur & dilata-  
bitur, tunc gaudebit & affluet cor tuum. O beatū diem  
illum, cum non diligam sed amabo, cū amabo sed corde  
totus, tota anima, toto spiritu amabo. Neq; id satis erit  
quod uere amabo & sincere, & q; mere amabo, sed ner-  
uos & uires amoris tunc mihi incomprehensibiliter ad-  
augebit, mihi natus, mihi datus, ut sic amor meus ultra  
omnem hunc nostrum amorem, quantum distat celum  
a terra, quantum sintilla distat a sole & a celo, quantum a-  
granum sinapis ab orbe celi empirei. Et sic aucto & in-  
censo amore meo, queram, esuriam, sitiam, estuans & ar-  
dens deum meum, ubi uoti compos apprehendero ac te-  
nuero, quis meam beatitudinem explicet, quis nisi pari-  
bus uotis flagrans compræhendet. Bene igitur & uere  
beatū diem illum. Sicut enim ocul⁹ non uidit & sicut  
auris non audiuit, nec in cor hominis illa illius diei bea-  
tudo non ascendit, ita neq; cor hominis illam amoris  
magnitudinem tantæ beatitudini congruam & necessa-  
riam comprehendit. Impossibile quanq; beate regnare,  
nisi beate gaudentem. Impossibile beatifice gaudere, nisi  
beatifice portientem. Impossibile beatifice potiri, nisi nō  
dico magnifice, non dico granditer, sed ingenter aman-  
tem. Amoris enim semper mensura felicitis gaudij bea-  
titudinem indiuidue metitur & comatur.

i ij

## DE INCARNATIONE

Vere nuptialem diem quando sterile hoc nostrum uir-  
 gineum prorsus a se infecundum, ad conceptum & par-  
 tum ab illo incomprehensibilis amoris igne incenditur,  
 & illius amore incalescens inflammabitur ad amplexum  
 adherentem donec duo fiant in carne illa una plena gra-  
 tia & ueritatis. Quando de plenitudine thesaurorum sa-  
 pientiae gloriae & amoris eius in latitudine, altitudine,  
 magnitudine, undique hauriam, donec formetur ipse in  
 me, totus mentem, totus intelligentiam, totus uolunta-  
 tem possideat. Nihil cogitem, nihil estimem, nihil cupiam  
 nisi ipsum. Sol<sup>9</sup> ipse gaudia mea sit, sol<sup>9</sup> ipse gloria mea  
 gaudens, ipse gloriosus, ipse beatus, ipse gaudium gloriae  
 & beatitudo mea erit, & gloriosum regnum suum uidere  
 plenum & gaudiosum regnum erit mihi. Et regnum qua-  
 le? Chaldeorum, Persarum, Macedonum, Romanorum reg-  
 nantium insipientia. Non cognouit sub celo quia & ce-  
 li ipsi qui nunc sunt illi regno indigni sunt, quo usque mag-  
 no impetu transeuntes dissoluentur ardentes, & ad futu-  
 ram regni illius iusticiam digni renouentur suscipienda.  
 O uere felices illas nuptias, quae regnum non tam affe-  
 runt quam pariunt, neque tam pariunt quam sunt. Iam liquet & istud  
 quid patet quam solidum uerbum sit. Qui adheret deo unus  
 spiritus cum deo fit. O interim adhaere deo puero mihi  
 nato, saltem qui sensu necessario puer sum, interim etiam  
 malicia puer sum. Sed quis me debetur plagam uulneris  
 mei? Conspicienti mihi ubi sum, quo proiectus, ubi iaceam  
 in cordibus putrescens uelut iumenta in stercore suo.  
 Quis lauabit sordes meas, quis absterget saniem vulne-  
 rum meorum, quis mundabit me a putredine mea for-  
 dentium stercore meorum, nisi puer hic natus mihi  
 qui diuino consilio, uirgineo ministerio pannis inuo-  
 lutus, in praesepe reclinatus est? Quid quae uirgo di-  
 uinitus fecundata, diuinitus mater facta, quid istud com-

VERBI

filij tui ut quem nobis natum nobis datum peperisti,  
 mox in praesepio reclinare. Ergo ne sumētis qui in ster  
 core suo computruerunt natū ac datū censes: haud quāq̄  
 crediderim te uirginem prudentissimam imo sapientissi  
 mam diuine uoluntatis ignarā, diuino consilio destitu  
 tam, temere quicq̄ ne grande hoc ministerium fecisse ua  
 cuū sacramēto. Sane ut magis nouerim q̄a mihi nat<sup>o</sup> q̄a  
 mihi datus, eaten<sup>o</sup> mihi dat<sup>o</sup>, ut etiā putridas mei stabuli  
 sordes non horrescat. Ad illas abstergendas uenit in sta  
 bulum iumentorum. Propter hoc uirgo mater paternae  
 uoluntatis non ignara, pannis inuolutum iumentis no  
 bis adhuc & sordidis reclinauit in praesepio ut in ediam  
 nostram ipse fenum factus pascat, ut sordes abstergat,  
 ut stoliditatem auferat, ut in filios commutet, ut ex fauo  
 lac nobis fiat, demū panis nobis & solidus cibus futurus,  
 postea exaltatus a terra in signum sublimis & inestima  
 bilis amoris in monte illo excelsio in uertice montiū ele  
 uato, super omnes cōuiuuium fiet pinguium & medulla  
 torum amorum conuiuuium uindemię defecata inebri  
 antis & incendētis in amorem. O me beatum si filius  
 nunc mihi datus in fenum in stabulo, ullo unq̄ die mihi  
 conuiuuium fiat in monte, conuiuuium pinguium medul  
 latorum & uindemię defecata. O uirgo mater quae re  
 clinasti nobis in praesepio, fiat tuo pio interuētū lac no  
 bis, fiat paruulus, ut aliquando panis & solidus cibus fie  
 ri digner. Q̄d ubi donatū fuerit, cōfortatis dabit esuri  
 re & sitire cōuiuuiū pinguioris & medullati amoris cōui  
 uū purissime uindemię. Tu mater primogeniti tui, pri  
 mogeniti omniū filiorū dei, mater igitur omnium fili  
 orum dei. Quia enim illum tibi donauit in filios: Tu ma  
ter Ioanni discipulo quem diligebat Iesus, mater donata  
es omnibus fratribus eius cruci astantibus crucifixum

DE INCARNATIONE VERBI

filium tuum a mantibus. Neq; solis amantibus eū data mater es sicut nec solius illius mater es. Venit ille non solos homines, uerum homines & iumenta saluare, qui panis non solum, sed & fenum factus est. O tu genimen mihi genitum. O fenum productum nobis in montibus & altissimo monte super omnes colles Cherubin & Seraphin & monte domus dei eleuato super omnes colles, pasce iumenta insipientia. O pabulum brutis, annona saginatis, panis hominibus, edulium debilibus, pulmentarium delicatis, ferculum honoratis, conuiuium amicis, epulum celebribus, sacrificium sacerdotib<sup>9</sup>, omnib<sup>9</sup> omnia factus, qui pro nobis e celo datus es panis uiuus uerbum caro factus, & fenum & granum frumenti & esca pullis coruorum inuocantibus eum. Tu pasce, refice, gustandum te praebe, facia, inebria, adauge, robor, sagina, impingua, delecta, confirma, cōsolida, & interim gradatim ad amorem illum perduc, quo nō iam fenum & pabulum, sed panis angelorum mihi fias, quando transiens ministrans nouum pasca tecum impleam in regno tuo.

A M E N.

F I N I S

¶ Sequuntur quaedam a Calcographo annexa.

Hieronimus.

¶ Hoc solum in praesenti seculo habem<sup>9</sup> bonum, si uescamur carne eius & cruorem potemus, non solum in misterio, sed etiam in scripturarum lectiōe, uerus cibus & potus, qui ex uerbo dei est, scientia scripturarum est.

Idem.

¶ Qui ista praesentia amant, persequuntur sanctam ecclesiam, id est, illos qui caelestia diligunt.

Sapientia.

¶ Bibe de tuis fontibus & de tuis puteis, & sit tibi fons proprius. Eucleat eandem sententiam

Origenes Home. xij. super Genesim.

¶ Tenta ergo & tu o auditor habere proprium puteum & proprium fontem, ut & tu cum apprahenderis librum scripturarum, incipias etiam ex proprio sensu proferre aliquem intellectum, & secundum ea quae in ecclesia didicisti, tenta & tu bibere de fonte ingenij tui. Est intra te natura aquae uiuae, sunt venae perennes, & irrigua fluuenta rationalis sensus, si modo non sint terra & ruderibus opplera. Sed satis age fodere terram tuam & purgare sordes, id est, ingenij tui amouere desideria, & torporem cordis excutere. Audi enim quid scriptura dicit. Punge oculum & profert lachrimam, punge cor & profert sensum. Purga ergo & tu ingenium tuum, ut etiam aliquando de tuis fontibus bibas, & de tuis puteis haurias aquam uiuam. Si enim suscepisti in te uerbum dei, si accepisti a Iesu aquam uiuam, & fideliter accepisti, fiet in te fons aquae salientis in uitam aeternam.

Idem Home. xij. super Exodum.

¶ Non solum ad discendum sacras literas nobis est adhibendum studium, uerum & supplicandum domino, & diebus ac noctibus obsecrandum, ut ueniat agnus ex tribu iuda, & ipse accipiens librum signatum, dignetur aperire. Ipse est enim qui scripturas adaperiens, accendit corda discipulorum, ita ut dicant. Nonne cor nostrum ardens est.

Idem Home. iiij. super Exodum.

¶ Erratica & lubrica sunt Philosophorum dogmata, quae paruulos quosque sensu & pueros intelligentia decepterunt. Sed ubi crux Christi mundo huius, ueritatis lumen ostendit, necis eorum penas, & reatum sanguinis exigunt. Ita enim & ipse dominus dicit, quia omnis sanguis qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae requiretur a generatione hac.


Idem. Lii. Job.

¶ Nunc vero nouissimis temporibus atq; in ultimo seculo demon mille modis congregatur & tētat, ac multipliciter dsmicat, insidiatur, seducit atq; subuertit, per innumeros errores, per abundātes seductores, per pseudo christos ac pseudo doctores, quibus hic mundus repletus est, quos nequissimus seminauit, quos atrocissimus ille produxit, quos malignissimus fecit florem & fructū in infidelitate atq; errore afferre coegit, quibus hic mundus repletus est, qui uenerunt & ueniunt in uerbo dñi, in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, Nomen Christianorum habentes atq; speciem pietatis, & erroribus & impietatibus atq; seductionibus referti sunt. Isti sunt ueræ ianuae mortis & uiaē inferni. Isti sunt qui plurimos a ueritate prauaricātur, & a fide innumeros aberrare faciūt. Isti sunt ministri maligni diaboli, atq; nunciij ueritate carentes. Isti sunt cęci duces cęcorum. Isti sunt nubes sine aqua, nebula a tempestate fugata, quibus caligo uel nebula interiorum tenebrarum digne serua tur atq; custoditur. Istos ergo fugiamus o uiri. Istos late deitemus o amici. Istos odio habeamus, & infidelitatem atq; errorem qui in eis est, uelut flammam ignis declinemus, pro eo ne cum illis flammæ inextinguibili, in die furoris atq; reuelationis iusti iudicij dei mancipemur.

TELOS

36 Bl.

B. VII. 7.



I  
E  
*Def...*

C  
*de...*  
W  
*de...*